




De vera et falsa religione,

<https://hdl.handle.net/1874/402378>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
 - **de kopsnede**
 - **de frontsnede**
 - **de staartsnede**
 - **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)


More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**


E. 85

85











E. oct.

85





88° 85
1

DE VE
RA ET FALSA RELIGIONE,
Huldrychi Zwingli Com=
mentarius.

Ex domo Brugelii
Indicem capitum totius operis inue=
nies in fine libri.

TIGVRI in ædibus Christophori Fro=
schouer. Anno M. D. XXV.
Mense Martio.

Venite ad me omnes qui laboratis & one= rati estis, & ego requiem uobis preſtabo. Matt. ii.

W.H. 478

CHRISTIA

NISSIMO Galliarum Regi FRANCISCO
huius nominis primo, Huldrych Zuin
glus GRATIAM ET
PACEM à Domino.



CIMVS omes
clarissime Rex,
quām parum ci
uile sit, si quisq;
ex grege audeat
optimū quēque
ex Christianorū
numero adoriri:
quales hac tem =
pestate non pauc
os esse uidemus

qui prætextu Christianæ professionis non desinunt opti
mis maximisq; hominibus obtrudere, quæ uel ipsa im
pudentia sua prodūt se nihil christiani pectoris habere:
hoc enim nō obturbat, tam abest ut procaciter aut scur
riliter se ingerat: Scimus tamē iuxta hæc quām immane
sit, ac minime principe dignum, usq; adeo superciliosum
esse, fastuq; turgidum, ut neminem ad cōgressum admit
tat, præter paucos istos, quos ex omni hominū genere
delegit, ut sibi & à consilijs, & ad omnem prorsus oc
casione

AD FR. GAL. RE. H. ZV. EPISTOLA.

casionem adsint. Hoc enim quid aliud sit quam principi
cancellos circumdedisse, quos transiliisse nefas sit, imo
ultra ipsos cogitauisse, non uacet crimine? Quis talen
principem no dicat esse multò miserrimum, puta quod
eorum ipsorum seruus sit, qui speciem tenus sui uidetur
esse serui. Non quod non sanctissima res sit, Regem aut
principem audire bona consilia: uenerari senes: colere
prudētes: in precio habere sapientes: sed quod frequen
ter, ut sunt humana, iij qui à principibus supra modum
propter ueram etiam singularemq; aliquam uirtutem
coluntur, protinus ut mentem principis possedisse iam
uident, confessim degenerent, ac eo quocunq; uelint,
abutantur. Quomō in multorū aulis euenire uideamus.
Verbo absit inuidia, tam n. ignotae sunt nobis Gallicorū
regum siue leges siue consuetudines, ut quibus celsitudo
tua septa sit uiris, prorsus nesciam: sunt enī haud parū
multi principū, quorū latera sic sunt cupidissimis homi
nibus stipata, ut si accessio detur, à sexcētis regibus sis
multò citius abluturus quod cupis, quam per istorū tur
mam penetraturus. Qui quid aliud sunt, quam per uigil
iste Draco, qui iuxta poētarū fabulas aureū uellus custo
diebat? quales hodie quidā purpurati pileatiq; sunt Epi
scopi, qui potentissimos ubique reges sic circumstant,
ut mirum sit quomodo aut hi perpetuum eorum adspe
ctum ferre possint, aut isti nūquam deserere, nisi quod
uehemēter cauent ne quicquam ad reges permānet, qd'

AD FRANCISCVM GALLIA. REGEM

illorū artes prodat. Veruntamē, cū celsitudo tua sic ab
oībus prædicetur esse, cum circūspecta: ne ad hunc mo-
dū circūscribi: tū libera & benigna, ut nemini deterre-
re posst, fretus sum hac tua humanitate, nō mea auda-
cia: & hunc qualecūq; Cōmentariū nomini tuo dicare
statui. Hoc aut̄ multis nominibus: Primū, qd' Christianis
fīmī titulo, qui Gallijs imperatis, nō īmerito gloria mini:
Cum uero & nos hunc Cōmentarium putemus, in multis
oībus Christi oīribus, esse christianiſsimum, nuncupari
alij quām Christianissimo Regi non debuit: Deinde qd'
Galliarū populi ab antiquo prædicantur esse religiosi,
quibus ergo cōmodius potuisset de Vera & Falsa reli-
gione Cōmentarius dedicari: Postremo, quod dum Ger-
maria, cui plurimum cum Gallijs est cōmercij, ad ueri-
tatis lucem adperire oculos cœpit, uicinie lege arbitra-
tus sum eis hoc ipsum pharmacon deberi, quo lux redu-
citur. Fuimus enim prob dolor, longo tempore sic præ-
stigiosis auariſſimorū hominū tenebris obſessi, ut omnia
nobis non aliter fuerint toleranda, quām Israēlitico po-
pulo seruitus Aegyptiaca. Sed conditor ille rerum oīm,
cōscientiarum nostrarū adſlictionē nō minus reſpexit q̄
iſtorū erumnas: lucemq; uerbi ſui prodiſit, qua cōtueri
prob̄ liceat que nā, qualiaq; ſint, que nobis hactenus
tā periculoſe imposuerūt. Habet hoc peculiare cōceſtis
prudentia, ut mature admoneat: patris enī familias in
more nocte conſurgit, & que oportet nobis, tempeſtive
loquitur

HVLDRYCH. Z VIN. EPISTOLA.

loquitur per seruos suos prophetas. Attamē ubi monito rem non audimus, paulo diutius nōnunq; permittit eis calamitatibus fatigari, in quas inobedietia nostracecidimus. Testes sunt tot ab Adam usq; ad Christū secula, post quæ uix tandem salus adfulsit, qd' amāter monente ne de interdicto cibo ederet, non audiuisset: testes sunt tres illæ captiuitates AEgyptiaca, Babilonica, & Romana, quā tamē sic usq; ad hæc tēpora Deus produxit, ut oēm spem nō īmerito abiijcerent Iudei: Testis est nostra ipso=rum stulticia, quos Christus, apostoli, & quis nō tam anxie admonuerūt, ne falsis prophetis fidē haberemus: qui nobis Christū, id est unctū, ac saluatorem ostensuri essent longe aliter atq; ipse ac sui fecissent, sed omnia nequicq; receperimus enī Deos alienos lōge absurdiores quam ille unq Gentes fecerint: quæ enī Gens cras imò iam nūc periturū hominē pro deo coluit, quomodo nos Romanū Pōtificem coluimus? Neq; est ut inficiari possi mus: de um enī in terris adpellauimus, cultu uero longe honorificentius uenerati sumus hominem quam Deum. Quando enī Imperatores & Reges in terram concide runt, ut Deum optimum maximum adoraret: ad genua demississe sat erat. Quis Christo pedes præter paucos quosdā est osculatus aut amplexus? Quis contra hic ad colloquii admittitur, ni prius huius Dei soleas linixerit? Propter peccata igitur nostra tam abominabile idolo=latriam nō intelleximus, idq; tam diu. Cū uero iam tan-

AD FRANCISCVM GALLIA. REGEM

dem uisum est æternæ bonitati miseros à tanta calamitate
te liberare, uerbo, ut diximus, reduce, quis non uidet, quod
fœde simus ad tam clarā lucem hallucinati; imò uero,
quis nō miratur tā stolidē hallucinari potuisse istos, qui
mente et sensibus prædicti sunt? Sic inquam, benigna
Dei prouidentia mature quidem cauet: at ubi male ob-
temperamus, aut eius uocem negligimus, ulti⁹ fit, qui
pauloante pater fuerat: ac tam diuturna calamitate
premit, donec culpā in terra hostili agnoscamus. Quā
ut primum cōfessi sumus, in priorem restituit decorē.
Quo circa frequenter debent, qui modo sapiunt, uitā
suam censere. Quæ si pessima est, mutari debet: ac nē
hoc fiat, multam pro foribus adesse nō ambigere: si ue-
ro ad normam Christi sese quotidie fingit, omnia spe-
rare: tam enim abest, ut Deus quicquā eorum, quæ con-
didit negligat, quām alienū est ac inusitatum, ut parēs
eius obliuiscatur, quē in utero gestauit ac nutrit. Qum
ergo nusque cesset, nusque oscitet, nusquā securis esse licet
nobis, aut stertentibus, ut quod primū ille uocē dederit, cōfes-
sim exiliamus, cū Samuele dicentes: Loquere domine,
quoniam audit seruus tuus. Tollamus ergo, clarissime
Rex, paulisper oculos, atque circū agamus ad uidendū, ut
mūndus iste imimūndus habeat: an' fortasse ipsa morbi ma-
gnitudine possimus deprehēdere medicina opus fuisse:
nā si illa maxime opus fuit, maxime quoque uidebimus di-
uinā prouidentiā tēpestiue remediū attulisse: ipsa enī nūque
cūctatur, nunque abest. Pōtifices hic tacebo, quod quis ut impu-

HVLDRYCHI ZVINGL EPISTOLA.

deter sibi primas in rebus omnibus semper sumpserunt,
sic & primi futuri sint qui plectatur: hanc ergo ob causam,
quodq; in Cometary nostro satis ptrahuntur in lu-
cem, ipsos transiliemus, & ad Reges ac principes acie
dirigemus. Vides ergo, Christianissime Rex, ut omnes
sere principes, haud aliter tumuletur, stulticiaq; sua pec-
cent, q; uel Troiani uel Græci fecerunt, qum illi amore
perditu ac fierient sequitur iuuene, isti meretricem re-
petut. An' nō stultorum populorum ac regum cernimus ex-
stus? An' nō uidemus miserā plebem plecti, quicqd re-
ges peccant? Cupiditas an' nō omnia miscet? Quæ, ut
quidq; uenefico est adspicere intuita, iā nisi adipiscatur,
fascinat tamē, ut ab eius uiru nihil sit cuiq; tutu, aut iniuria-
latu. Ad alienā prouinciam aut regnum oculum imiecit, o-
mnia in dimicatione adducit: neq; receptui canit, donec
aut ipsa funditus pereat: aut qd' cupit, funditus perdat:
nullæ enim unq; occupationes rerū alienarū citra alte-
rius perniciem præterierunt. Qum uero istud ante ota
principibus adesse debeat, ut ab iniuria custodian: ex
belli sic temere coepit, citra iniuriā transfigi nequeat:
ipsiq; bellorum plerumq; autores sint: quis non uidet ne-
cessarium esse, ut dominus uerbi sui lucernam tandem
in medium ponat, qua uulgo quoq; cernere possint,
quam rectu sit, aut curuum, equum, aut iniquum, qd' cu-
pidissimi principes gerunt? Nunc aciem ad plebem
Christianā dirigemus. Vides ergo, ut illa sit degrauata.

AD FRANCISCVM GALLIA. REGEM

uides autē ut nō præter rationē? Priore loco mihi considera, quot et quānis exactionibus, tributis, uectigali bus opprimatur: Ut per eorum corpora fortunasq; omneis ad gloriā, & diuitias cupidi principes penetrēt: adeò cōtemp̄tim, ut Hannibal ille Dirus unū elephantū olim uideatur maioris fecisse, quām isti aliquot hominū manipulos. Nibili putatur, etiā m̄si multas myriades cōtriuerint, modo quod cupiebāt adsequantur. Quid autē duplēcē oppressionē cōmemorem⁹? Nō satis est omnia sua in regum esse potestate, nisi & hoc, quod reges fecerant illis reliquum, perditissimorū hominū uersutijs esset obnoxii⁹. Adeſt lupus, nolo enim pastorē aut episco pū uocare, quem ne lupi qđem nomē digne potest ex primere: adſunt monachi, partim adeò dites, ut omnū arrogantiā, stulticiamq; diuitū superēt: partim adeò ad emēdicandū impudentes & pcaces, ut iniusticia extorqueant, qđ misericordia negabat: qum tamen, quod ad cumulū adtinet, ditissimis istis sint paulo inferiores. Unde enim illis, ut tot myriades pro uno purpureo galero numerent? Adſunt, et ad hūc modū monachæ, miseraq; plebē Christi ſic laniant, lacerāt, cōculcant, ut, quod ad corpus adtinet, præſtare uideatur ſub impio rege uiuere, quām ſub Christiano, qui tā impie permittit plebem ſibi à domino creditā, dicerpi. Nō poſſū christianiſime. Rex hic nō libere, quod ſentio, ploqui. Que fuit amētia; pietas enī eſſe nō potuit, ut Reges paterētur intra fines

HVLDRYCHI. ZVINGL. EPISTOLA.

fines suos monasteria ociosorū hominū excitari; si prædones aliquot arcē unā & alterā extruxissent, nōne totis exercitibus fuissent perturbati ac fusi? cū tamē isti nō citra discriminē raperent: uindicem enim manū timere cogebantur. Nūc autē, qum tot prædonū impune grāf santiū monasteria, ubiq; ceu deliciarū omnium paradiſi, & lustra tanto tempore uiguerint: neq; obscurū sit: ut omnia omniū bona sibi uendicet: experīuntur enim et prīcipes et reguli, quomō per eorū auariciā sibi quoq; nō nihil incipiat decedere: Qui fit, ut ad hūc modū adflictā plebem nemo cōsideret: hinc sanè, qd' omnes aua-
riciae student iuxta Phophetæ uerbū: & cum mala leua-
re deberent aliqua saltem parte, dicūt: Pax pax, sed hoc cōſilio, ut sibi bene sit, non plebi Christianæ. An' ergo putamus coelestē patrem familias ad istas populi sui e-
rūnas supinū ſtertere? Videt & iudicat. Deinde conſide-
ra, ut & plebs tam aſpera, non citra causam patiatur
nonnūquā. Ut enim auaricia est in capite omniū, impu-
dentius nemo circūſcribit proximū suum, fallit, ſenore
opprimit, quām Christianus Christianū. Inuercundius
nemo ſcortatur, moechatur, & omniē libidinē aut fert,
aut perpetrat. Fastus autē tātus est, ac uestitus luxuria,
ut omnes, qui olim pppter hæc uitia infames facti sunt,
uincantur. Crapula talis, ut omnes omniū etatū histori-
as ſuperet. Adſigit ergo dominus tot malis plebem ſuā,
ut ad uiā reducat. Cū ergo, ut ad initia redeamus, no-

AD FRANCISCVM GALLIA. REGEM

stro ipsorum iudicio fateri cogamur mundum uniuersum
sic esse corruptum, scelestum, ac impudentem, ut corrigi
prorsus oporteat: sciamusque coelestis patris familiam nusquam
deesse, sed perpetuo aut monere, aut percutere: ac simul
uideamus eum misisse uerbum suum, ut sanet uomicam istam
inueteratam, et eripiat ne pereamus. *Quis non leuabit ad*
domini uocem caput? quis ignorare poterit adesse diem
Domini; non postremu istum, quo dominus uniuersum
simul mundum iudicabit, sed quod presentem rerum statum

emendet? Leo rugiet, inquit Propheta: *Quis non timeat?*
Dominus deus locutus est: *Quis non prophetet?* Dedit
inquit altissimus uocem: quis ergo non dicet; Audi quid lo-
quatur contra me dominus Deus: Euagelium suum, quod no-
stro damno diu latuit, etiamsi litera non lateret, non aliter
quam olim Iudeis Deuteronomium, nunc uelut postlimi-
nio reduxit, ut uitiosos squalidos repurget. Nusquam deest no-
bis, modo ipsi non desinunt nobis ipsis, mundum nunquam per-
misit impune esse pessimum, sed simul nunquam non mo-
nuit, ut tempestive mores uerteremus, anteque ille ferula
parauisset. Qui ergo uitam mutauerunt: animas suas li-
berarunt: qui uero minus, misere exterminati sunt. Quod
Sodoma et Niniue probant. Quapropter et nobis u-
nique spectandum est, ut ex pessima uita optimam faciamus:
aut tanta mala perpetiamur, ut cum propheta queri co-
gamur: *Quis dabit capiti nostro aquam, ut ad saturi-
tatem possimus deflere calamitatem, que super nos cecidit?*

Verbum

HVLDRYCHI ZVINGL. EPISTOLA.

Verbum Dei nunquam impune neglectū est. Qum ergo nunc & uideamus & audiamus uerum Dei uerbum herbescere, neutiquam impune negligemus. Di cat licet aliquis: Verbum dei nō est, quod isti prædicāt, nam si Dei uerbum esset, libenter acciperem: nihil porro moue amur: ipsa enim totius mundi malicia exigit, ut emendetur. Verbum ergo nouum, qum simul audi mus, aliis esse non potest, quam Dei: qui quandocunq; per gimus esse scelesti, monet: ac dum non audimus, castigat. Ex sceleribus ergo nostris colligere possumus, deum cogi, ut uerbum mittat ac uirgam. Est & alia certa exploratio, qua manifeste uidemus hoc Dei uerbum esse, quod hac tēpestate prodijt: mitto tamen interim dicere de quorundam abusu, qui uerbi prætextu uel rei priuate, uel gloriæ student. Satis est ante dictum de mundi corruptione, quam nemo inficiatur. Qum ergo quisq; facile uideat hoc uerbum, quod hodie prædicamus, ex diametro cum ijs uitiijs pugnare, quibus scate mus, negari nō potest quin sit uerbum Dei. Hanc ob causam: cū clarissime Rex ipse quoq; uiderē iniquissimis bellis, pugnis atrocissimis exūdare omnia: rapinis, cōtumelijs, furtis, latrocinijs oīa cōspurcari, ac dubia reddi, admouit et ipse manū aratro, uocēq; extuli sic, ut auarissima Roma & Idolū, qd' illū colitur: etiāsi caro sit cruxissima: tamē exaudierit. Hinc Theologorū istorū

AD FRANCISCVM GALLIA. REGEM
qui pro mercede prophetant, deumq; suū uētrem unice
colūt, dānationes, deuotiones, ac p̄scriptiones, quae &
me & alios nō paucos, nolētes etiam, compulit calamo
quoq; rem gerere. Cū ergo multi ex Italia uiri, plures
autē ex Gallijs tuis, sic tū docti, tū pij, ut quod apud me
ambirēt, fermē pudor negauisset: qd enim facias; dicē=ti,
hi colunæ sunt, & tu illis scribes tuā de religione sen=
tentia? Cū inq; optimi undiq; uiri nominis nostri fama
respersi, tantopere instarent, ut quid ipse de Religione
sentire, edito libello testarer: uicit eorū tum autoritas,
tū iniusticia pudore: moremq; pro uirili ges̄si. Tua igi=tur
clarissima celsitudo ô Christianissime Rex, hoc qc=quid est operis tibi dicatū, benigno uultu accipiat. Scri=psit aliquando sanctissimus, doctissimusq; uir Hilarius è
Gallijs tuis natus, ad omnes Germaniae fratres & Epi=scopos: utinā ergo fiat, ut uices reddidisse aliquādo glo=riari possimus, qd' equidem nō ad nostrū istū incultū li=bellū refero, sed ad alia Germaniae doctorū piorūq; ha=minū scripta. Veruntamen audi obsecro humanissime
Rex: Habes in regno tuo istud sorbonicū Theologista=rum Genus, qd' pro dignitate nemo depingere queat.
Linguas ignorant, at nō modo cōtemnūt, sed etiā per=sequntur, qum ipsi linguas ad maledicendū acuere ut serpētes soleāt. Quae ex sacris literis depprompta sunt,
impia pñuciāt, hæretica, & blasphemā: qum ipse nō
uideam ullū doctrinæ Genus esse in deū blasphemius,
quam

HVLDRYCHI. ZVINGL. EPISTOLA

quam qd' ipsi sectantur. Philosophiae interdictum est à Christi scholis: at isti fecerunt eā coelestis uerbi magistrum, & eā tandem, quam ex ultima lacunā sece haußerūt, dispereā enim, si uel unā: unam dico sententiam Aristotele dignā: in manibus habeat, adeo barbarū est quicquid istū agunt: adeo frigidū, ut somniū narrare ciuius crederes, quam Philosophari. Hoc inq hominū Genius per quicquid est diuinū, quicquid est humanū, pauperis per iube Harpocratē facere: ne dum impune sinas, quicquid in buccā uenerit, cōtra Christū effutire, eius indignationē incurras. Deinde, quod ad me adtinet moeas, ut hæc nostra, si quidem legere & confutare uolent, non citra scripturā uere sacram faciant. Id autē si fecerint, lucrabuntur fratrem: sī minus, flocci faciemus quicquid tandem cornicentur. Habes & aliud doctorum Genus, quod res coelestes callet, non humanas: & quicquid ad has adtinet, puta linguarū peritiā, morū simplicitatem, uiteq; sanctimoniā, habet. Hoc tu Genus sic cole, ut nihil & que in precio habeas atq; istos: neq; circum te solū habeas, præter paucos quosdam, qui & tecū de rebus diuinis colloquantur: sed per uniuersum regnum curricula illis distribue, in quibus noua Christi mandata, non colūnis, sed cordibus insigant. Videbis ergo regnum tuum, nō nihil diuturnis bellis adflictum, protinus denuò uernare: collabi fastū, pompā, luxuriā, libidinem, molliciē, omnia simul uitia: pullulare iusticiā, fidē,

AD FRANCISCVM GALL. REGEM
misericordiam. Neq; te unquam in eam sententiam trahi
pacteris, in quam quidam clarissimam matrem tuam tra-
here conatus est, uidelicet ut Euangelij doctrinæ ob-
stes, tāquam pacis turbatrici: in Germania enim omnia
esse mixta: neminem audire principū imperia: & tur-
bata prorsus esse omnia: nam qui sic loquuntur, Deo nō
seruiunt, sed suo uentri. Sic enim habet Euangelij nego-
cium: Cœlo descendit, quò infœcta re, nequit aut uacuum
redire: fieri ergo nequit, ut ubi cunq; prædicetur, non à
multis recipiatur. Cum ergo mundus ex bonis & quisq;
ac improbis & nebulonibus constet, euenit, ut quanto
quiq; sunt ab hypocriti alieniores, tāto facilius ad Euā-
gelij partes concedant, siue sint è bonorum siue malo-
rum numero: sēpe etenim numero publicani & pecca-
tores anteuerterunt quosdam egregie sanctulos in re-
gno Dei. Qui uero iam pessimi sunt, & uident quosdā
siue sortis ad Christi partes transuisse, simulant & ipsi
se non minus transuisse, hoc consilio, ut se ociose pa-
scant: uehementer enim fauent, qui pij sunt, egentibus
fratribus: imò nisi faucent, pij non sunt. Vbi ergo magi-
stratus obstat, quo minus libere currat cœleste uerbum,
ibi optimi quiq; animum à magistratu auellere, & oia
spectare que cœlestem doctrinam retinere possint: Et
quanquam hoc difficulter faciant, tamen faciunt, quod
nolint inuentum anime thesaurum amittere. Hac rati-
one fortasse factum est, ut quibusdam Germaniae locis
periculose

HVLD. ZVING. EPISTOLA.

periculose dissideatur, dum magistratus uetare conati sunt, ne libere prædicaretur uerbum. Sed mihi crede clariſſime Rex, quod ubiq; magistratus uerbo non conatur habens imponere, ibi optimi quiq; cum magistratuſentiunt: quo deinde facile arcentur hypocritæ iſti & uetres, qui ſe Diaboli ritu in angelos lucis transformant. ſic habet incrementi ratio. Emolumentū ſi quis ſpectare uelit, perlecto libro inueniet quantum reſpirationis poſſit regibus populisq; ſi ad Euangeliū uerbum mores reformare ſtatuerimus, prouenire. Iam Celitudinem tuam iubeo cum omib; qui ei ſubditi ſunt, eſſe incolumem. Domini eſt regnum, ne ergo committas ut in eius regno uerbum ipſius elimines. AEqui boni q; conſule iſtam tibi dicandi audaciam: ſcripſeramus ma- xime in uſum Galliarum. Nihil ergo æquius erat quam ipsarum Regi, quod natū eſſet dedicare, ne fraudi quicquam uerti poſſet. Ex Tiguro Anno. M. D. XXV.

AD LECTOREM.

ROMI Seram candidiſſime Lector ante annum fermè multis trans alpes, doctis, pījsq; hominib; quorum nonnulli multa mecum de plerisq; fidei rebus corām con- tulerant, meam de Religione Christiana ſententiam latine ſcripturū. Obſtiterūt aliquandiu uarie occupatio

AD FR. GAL. RE. HV. Z. EPISTOLA.

nes, quo minus promissa præstaremus. Attamen ut sponde noxa præsto est, coegerit me fides data, ut noctes & dies sic per menses tres & dimidium sudauerim, ut nō minus potuisse ad Gellij exemplū Noctes uocare (id qd' nimurum hostes libenter facturi sunt, sed alia ratione) quam Cōmentarium. Sed Cōmentariū hac ratione libuit adpellare, qd' Cōmentarij ferē sunt, si modo uocē recte intelligimus: qui haud aliter quam epistola cum amico cōmentātur, nisi qd' cōmentarij fusiores sunt & liberiores. Cū ergo libēret de religione christiana cum doctissimis Galliarū uiris cōmentari, nec tamen daretur, Commentarium multe statutū est: sic ubiq; festinatū, ut saepe relegendi uix fuerit data facultas, tam abest, ut ulla castigandi aut ornandi adfuerit. Sed recte habet, Cōmentarius est, nō oratio aut liber, nonum depresso in annū. Que te uero offendere uidebūtur, optime lector, ne tu uelis incognita causa dānare: sed uide an quae dicimus, sint fidei simplicitati cōformia nec ne. Vale, & sic ubi uideas nos errare, Christū precare, ut & ipse idem aliquando uideā: si uero senties prisci erroris nebulas & reliquias, iterum precare, ut omnēm simul caliginē afferatis qui lux est, ut omnes simul possimus quod uerū est, intueri. Amen.

Errata, que alicuius momēti ab operis committentur, in calce curabimus adiungi.

DE VERA

ET FALSA RELIGIONE HVLD

rychi Zuinglij Commen-
tarius.



C R I P T V
ro de uera fal-
saque religione
Christianorū, in
ipso limine ar-
rogatiæ pericu-
lum occurrit: si
bito enim coor-
tueros scio, q nos
humeros haud
probe exploras-
se, nec onus li-

brauisse dicāt: Quibus utinā et mēs effet adeò prudēs,
¶ fides adeò pura, ut satisfactionē nostrā tam humani-
ter acciperent, quam nos æquanimiter præcipitatū eo
rum iudicium ferimus. Nam quid facilius quisq; expo-
nat, quam religionem, quam de Deo et ad Deum domi
habet? annon semper fuerunt qui diuersimode de reli-
gione senserint? quique diuersimode religiosi fuerint?
fuerunt omnino, quibus operæ precium non uidere-
tur, ut Deum in cognitione haberent. Roman. primo.

A

2 DE VERA ET FALSA RELIGIONE.

fuerunt contra quibus uideretur. Hinc de religione dis-
sensio. Quibus enim nihil antiquius fuit, quam scire co-
gnoscereq; Deum iuxta Prophetæ uerbum. Hiere. 9.
illis sese amplis flatibus coelestis spiritus sic ingessit, ut
solum dominum agnoscerent, qui misericordiam, iudi-
cium & iusticiam faciat. Qui uero contra suo iudicio
sapientes erāt, fortes, diuites, de Deo statuerunt quod
eis uisum esset: ac ne impij existimarentur, qbus uisum
est obsequijs de meruerunt, non quibus ille gaudet. Un-
de paulatim factum est, ut multi eam demū religionem
amplexi simus, quam humanae sapientia dolus fingere,
promulgareq; fuit ausus: quem tam abest ut religio uoca-
ri iuste possit, ut hypocrisis rectius impietas & super-
stitione nuncupari debeat. Facillimum igitur nobis est de
uera falsaq; Christianorum religione scribere, ac uelu-
ti rationem fidei nostræ reddere: quam non ex huma-
na sapientie lacunis, sed ex diuini spiritus imbre, qui
uerbum Dei est, hausimus. Próinde censores istos nihil
moramur, non enim nostra ostentamus, sed mercem do-
mini exponimus, quam sine argento sine preцio iuxta
Prophetæ uerbū distrahere licet. Quod si quis eā despi-
ciat, despiciat: si oppugnet quantū Gygātes proficiet.

De uocabulo Religionis.

Religionis uocabulum à relegendo Cicero de nat-
deo lib. 2. deriuatū esse putat, quod qui religiosi essent.

HVLDR. ZVING. COMMENTARIUS.

3

solicite cuncta retractarent, ac uelut relegeret, que ad deorum cultum pertinerent: que quidem uocabuli ratio nobis quoq; accommoda erit. Nos enim religio nem hic accipimus pro ea ratione, que pietatem totam Christianoru, puta fidem, uitam, leges, ritus, sacramenta complectitur. Dum autem additione ueri & falsi religionē à superstitione distinguimus, in eum usum fit, ut cum Religionem ex ueris uerbi Dei fontibus propriauerimus, altero ueluti poculo superstitionem quoq; prebeamus: non ut quisquam de ipso bibat, sed ut effundat & confringat. Sic enim ferè cōparatum est, ut diuersa & contraria inuicem collata liquidius cognoscamus, quam si altero prolato & expolito alterum in obscuro serues: sunt enim quorundam mentes adeò uel tardæ uel imbecilles, ut aut nihil adsequatur quam qd' porrexeris: aut metu tyrrannoru, quod adsequitæ sunt nō audeant proloqui. Aperte loquar. Multi sunt, qui dum Christi uerbū: Vos autē nō sic, scilicet dominabimini, audiūt ijs quidē dici quos ecclesiasticos uocamus, aduc tamen adeò incogitantes sunt, ut cū diuersum uideant ab episcopis fieri, nunquam apud se dicāt hoc nimirū contra dei præceptum est: alij uero tā meticulo si sunt, ut quamuis uideant, non tamē audeant prodere quod inique fit. Operæpreciū igitur erit, ut cum de religione iusta & uera dixerimus, confessim de falsa. Quoq; tractemus, ne perpetuò de uera religione strēnue-

A ij

quidē disputantes, resimus irreligiosi, impij, infideles.
Quod aperte uidemus hac tempestate cōtingere, dum
nō modo Episcopos quosdam, sed et principes iam ali
quot uidemus huiusmodi leges dare, Volumus ut Euan
gelium prædicetur, sed ad uerbum, ita ut nihil prorsus
uelexplices, uel compares: istud nimirum quod dixi-
mus spectates, multos uidelicet esse, qui suopte ingenio
nihil ponderent: at si occasionem dederis cogitandi,
iam capere, iamque superstitionem à religione cerne
re: quæres postmodum istis sit de rimento futura non
uulgari: quo fit ut multi audiant fidei uerbum, nihilta-
men sint quam superstitiosi. Quod quid aliud est quam
infantibus nuces integras proposuisse: quarum puta-
men, dum ad nucleus penetrare nequeat, lambunt do-
nec fastidio capti nucleus cum putamine abijscant. E-
rit ergo iste in hoc opere ordo. De uera religione prio
re loco, mox de falsa dicemus, non peculiaribus aut di-
stinctis libris sed distinctis periodis.

Inter quos constet Religio.

Quādoquidem autem religio fines duos complecti-
tur, alterum in quem tendit religio, alterum qui religio
ne tendit in alterum: proximum esse oportebit ut de
utroque extremo dicamus. Hoc est, Cum Deus sit in
quem tendit religio, homo uero qui religione tendit in
eum, fieri nequit ut rite de religione tractetur nisi ante

DE

DE DEO HVL ZV. COMMENTARIUS.

omnia Deum agnoueris, hominem uero cognoueris.

DE DEO.

Quid sit Deus fortasse supra humanum captum, uerum, quod sit, haud supra eum est: multi enim sapiens
tum hoc penetrauerunt ut Deū esse non ambigerent,
etiam si non defuerint qui hoc ipsum, Deum esse, pluri
bus tribuerent, intelligentiae nimirum angustia, que tam
potentiam & maiestatem, quantam diuinam esse
oportere uidebant, uni ac soli tribuere non audebat: Id est, par
Euerunt nihilominus qui horum deo μηρολογίαν citatē, uel
senserint, minusque constare posse, Deum esse, si id plus humilita-
ribus, quam uni ac soli tribuatur. Quocirca (sive hoc tem-
diuinitus sive humanitus factum sit, nunc mittimus,
paulo post reddituri) in hanc sententiam deuenerunt ut
unum Deum ac solum esse pronunciarent. quamuis,
ut est humana mens deses & sui negligens, non magni
estimauerint, huic deo agnitioni firmiter adhaerere,
contenti haud dubie quod agnouissent: atq; hinc sibi
placentes, uiuere ad illius nutum, contempserunt. Id
quod etiamnum doctorum uulgaris inter Christianos fa-
cere uidemus, strenue quidem de uerbo deq; uero cul-
tu dei digladiari, re tamen ipsa nihilo meliores fieri.
Horum omnium fundamentum est, quod Paulus Roma-
nis. i. scripsit, Notitia dei, inquietus, inter ipsos manifesta-
est, nam Deus illis manifestauit. Hic obiter reddemus
quod paulo ante reseruauimus: Videamus hic aperte

A iii

6 DE VERA ET FALSA RELIGIONE.

quod dei est ea, quam nos naturæ nescio cui, ferimus acceptam, de Deo notitia-Deus enim, inquit, manifestauit. Et natura quid aliud est, quam cōtinens perpetuaq; Dei operatio, rerumq; omnium dispositio? Et mens nostra unde nam est, quam ab eo qui operatur omnia in omnibus? Accessit autem Paulus hoc loco non nihil ad Gentilium, cum de Deo loquuntur, usum: non quod ipse sic sentiat quod Dei cognitio ab humana ratione proficiatur, sed quod Gentiles sic sentirēt, inter quos et Iudeos hic sequestrem agit. Unde causa adiungit, Deus manifestauit eis. Cuius nos exemplum secuti, à quæstionibus istis, quod sit, et quid sit orsi sumus, quò facilius nos caperent ij, qui de Deo scientiam ex homine potius quam Deo hauserunt. Nunc credunus ad Pauli uerba. Notitiam Dei manifestā etiam Gētilibus fuisse, nam Deus eam patefecerit: nam inuisibilia eius, inquit, considerata ex his quæ facta sunt à condito mundo, perspicuntur, nempe eius tum potentia, tum diuinitas. Ut iam sint inexcusabiles, eo quod Deum quidem agnouerunt: sed ut Deum non glorificauerunt, nec grati fuerunt, quin potius per cogitationes suas vani facti sunt, et contenebratum est imprudens cor eorum. Et cum suo iudicio sapientes essent, stulti facti sunt, et cōmutauerunt gloriam immortalis Dei similitudine imaginis non modo mortalis hominis, uerum etiam uolatiliū, quadrupedum et reptilium etc. Deum igitur esse, uulgo consen-

DED EO HVL. ZV. COMMENTARIUS.

go consensum est apud omnes Gentes, sed ratione longe diuersissima: quidam enim ad unius Dei agnitionem uenerunt, sed ut oportebat non coluerunt, atque horum paucissimi fuerunt: alij uero uim ac potentiam humana augustiorem quam prorsus sensissent, Deum agnouerunt ea esse: ueruntamē unam ac solam non accepterunt, sed ad se cōuersi, qualis nam Deus esset, imaginati sunt. Diuiserūt ergo eum ante omnia in plures, qđ infinitam eius potentiam nullo modo caperent, & mox quemlibet eorū propria inuentione, alia atq; alia figura induerunt. Hinc idolorum dæmonumq; cultus, qui se callide eos faciebat, quos miseri mortales, misere sapientes pro dijs inaugurauerāt, figurisq; uarijs distinxerant: sic liquidò patere, arbitramur omnibus ferme Gentibus in hoc esse consensum, ut Deus sit: quāuis ipsū, alij plures faciebant, alijs pauciores, paucissimi unum: quem tamen animi tarditate, & propriæ sapietiae cōfidētia negligebant, & de eo quod placuisse sentiebant, ac eodem modo quibus uoluissent colebant. De qua re non solum nostri totis libris sed etiam Philosophi plurima scripserunt.

Fideles autem (sic enim credulos uel pios, uel Dei ueri cultores adpellari vulgo receptū est) hoc uno fideles sunt, quod unum uerum solum omnipotentem Deum esse credunt, eoq; solo fidunt. Porro, qui fiat, ut pīj sic de Deo sentiant, nec Gentium more quamlibet

3 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

ignotam uim Deum faciant, pio facile est dicere. Eius
fit tum uirtute tum gratia in quem creditur: nam quod
ad ingenium & naturam hominis adtinet, nihil dif-
fert pius ab impio. Prōinde in Deorum errore cuius
posset contingere quod cuiquā, nisi esset augustior que-
dam uis quæ mentē humanā, natura nihil abhorrente ab
his q̄ maxime errat, ad se uocaret, ac sibi alligaret: atq;
hic se primae fidei ac pietatis uenae aperiūt. Nō n. ut ple-
riq; arbitrati sunt, fideles ideo fideles fūt, quod audiūt
Mosem dicere, In principio creauit Deus cœlū & ter-
rā: innueneri enim sunt qui hoc audiūt, sed non credūt
mundum iuxta Moscos traditionem conditum. Sic eti-
am qui dominum ipsum loqui, miracula facere uident
& audiunt, non continuo omnes pij sunt: fuerunt enim
cum olim tum Christi tēpestate, qui tam abest ut uel ui-
dendo uel audieō ad Deum conuersi sint, ut cōtra nul-
li magis sc̄uerint, non in pios modo, sed etiam in pie-
tatem ipsam. Cum igitur clarum sit, quod quicunq; au-
dito hoc uerbo, In principio creauit Deus cœlum &
terram, iam credit mundum Dei opus esse, istuc non fie-
ri aut uerbi, aut mentis nostræ uirtute: nam si uerbum
hoc posset, omnes redderentur pij: si uero mens nostra,
nemo audiens esset impius, sit manifestum, quod fide-
les hinc credunt Deum esse, & mundum opus eius es-
se, & reliqua, quod à Deo hoc docti sunt: solius ergo
Dei est & ut credas Deum esse, & eo fidas.

Porro

DE DEO HVL. ZV. COMMENTARIUS.

Porro quid Deus sit, tam ex nobis ipsis ignoramus, quām ignorat scarabeus quid sit homo: immo diuinū hoc infinitum & aeternum longe magis ab homine distat, quām homo à scarabeo, quod creaturarum quarumlibet inter se comparatio rectius constet, quām si quamlibet creatori conferas. Et caduca omnia sibi mutuo uiciniora & agnatiora sunt, quām diuino aeterno interminato, quantumvis in eis imagines, diuini illius, & uestigia, ut uocant, inuenias. Ad cognitionem ergo huius quid sit Deus, cum nostro marte pertingere nulla ratione possimus: nam si iuxta Solomonis uerbum Eccl's. 1. cunctæ res (loquitur autem de eis quæ sub sole sunt rebus) adeò sunt difficiles, ut neque at eas homo explicare, quæ esset præsumptio tentare quid Deus sit expone re & Isaías. 45. sobrie commonens dicat: Vere tu es Deus absconditus. Constat quod à solo Deo discendum quid ipse sit: cum enim iuxta Pauli. 1. Cor. 2. sententiā, nemo sciat quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso homine: sic & quæ Dei sunt, omnes ignore, præter ipsum Dei spiritum. Luciferi & Promethei audacia esto, si quis aliunde scire præsumat quid sit Deus, quām ab ipso Dei spiritu.

Fucus ergo est & falsa religio, quicquid à Theolo Falsa Religio ex Philosophia, Quid sit Deus, allatum est. Quod si ligio. quidam de hoc quedam uere dixerunt, ex ore Dei fuit qui cognitionis sue semina quedam etiam in Gentes

10 DE VERA ET FALSA RELIGIONE.

sparsit, quamvis parcus & obscurius, alioqui uerum non esset. Nobis autem quibus deus ipse per filium suū, perq; spiritum sanctum locutus est, illa non ab eis, qui humana sapientia turgebant, atque eadē, quae recte acceperant, corruperunt, sed ex diuinis oraculis petenda sunt. Hec enim ubi negligi cœperunt, descensum est in omnia carnis, hoc est Philosophiae fragmenta, ijs creditum est, ijs freti de Deo quæ uoluissent, non modo ipsi senserunt, sed & alios eadē sentire coegerunt. Cum tandem nullus ex eis cuiquam permitteret de se sentire, quod ille alias, quicunq; tandem, uoluisset: atque hec est carnis audacia, que se pro Theologia uendidit. Nos quid Deus sit, ex eius ore uolumus discere, ne in studijs nostris corrupti, & abominabiles fiamus. Psalmo tredecimo.

Cum Moses à domino peteret Exo. 3. ut ei nomen suum manifestaret, quo dexterius agere uideretur cum filiis Israël, dixit dominus ad eum: Ego sum qui sum. Quo uerbo, se Deus totum exhibuit: perinde enim est, ac si dixisset: Ego is sum, qui meipso sum, qui me opte marte sum, qui esse ipsum sum, qui ipsem et sum. Quem sensum continuò exprimit addens: Sic dices filiis Israël: Qui est, misit me ad uos: quo uerbo indicavit se solum esse, rerum omnium esse: nam nisi ad hunc modum accipias, Qui est, uis sit esse rerum omniū, & solus sit, non distinxisset se dominus ab alijs quæ sunt: quamvis ex ipso

DE DEO HVL ZV. COMENTARIUS.

ex ipso sint, & per ipsum, aductamen sunt: sicq; fieret,
ut clusisse interrogationem Moseos potius existimare= 11
tur Deus, quam expediisse. Finge enim nec Mosen,
nec filios Israël id uerbi, Qui est, aliter intellectissc.
quam sicut de re quauis dicimus, quod sit: quid putas,
cum à Mose, tum à filijs Israël aliud intellectum iri po= 12
tuisse, quam, quidam misit me ad uos; quod quid erat
magnum aut singulare, aut fide dignum? Fit ergo manu
festū quod Moses his uerbis: Ego sum qui sum, &: Qui
est misit me ad uos, Intellexit eū qui suapte natura est:
atq; sic est, ut esse rerum omnium sit. Quodq; filijs Isra= 13
el, eadem uerba eodem sensu intellexerunt, nunquam
enim à quodam temere annunciatu persuaderi potuise= 14
sent, ut deserta Aegypto abirent, ac sequeretur quem
ignorarent. Fit idem adhuc manifestius quum etymon
summū nominis Dei excusserimus, quod quidē à Iudeis
cum legitur Adonaij profertur, ueruntamen signa, hoc
est, literæ hanc uocem nullo pacto efficiunt: non quod
Hebræi secundum literarum uim eam legere nequeāt,
sed qd' propter nominis sanctitatem inedibile putent.
Nā ea uox ab essendo deducta est, aut fortasse istud uer= 15
bum, quod esse illis significat, ab hoc nomine deriuatū.
Hih enī, illis fuit significat. Iuhuero, hoc summū Dei
nomen quadriliterum est, quod hacdemus inedibile
manet apud Iudeos. Quum ergo Moses dicta Dei uer= 16
ba audiret, protinus intellectus, eū qui est, quoq; omnia

20 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

sunt ad se loq. Quod et dominus ei clarius aperuit, cu
i insuper iubet, ut apud seniores Israël sic exordiatur:
Dominus Deus patrum uestrorum adparuit mihi et
nunc palā se et à potētia, et à maiestate dominus adpel
lans, qui se paulo ante ab essentia, Qui sum, et qui est,
adpellauerat, Quibus omnibus nihil aliud inducere uo
lūmus, q̄ hoc esse primū in cognitione Dei, ut sciamus
cum esse, qui natura est, qui ipse est, et à nullo accipit
ut sit. Ex quo postea facile inducimur, ut liquidò uidea
mus omnia à Deo, quæcūq; tandem quæ uidemus, nō
à seipso esse posse, sed ab alio, ex illo essendi fonte et
uena, Deo uidelicet esse et constare. Esto ergo solus
Deus qui seipso est, quiq; omnibus esse tribuit: atque ita
tribuit, ut esse nulla ratione, nulloq; momento possent,
nisi Deus esset qui omnibus tum esse tum uita est, omnia
sustinet, omnia regit. Quod et Iai. 40. pulchre indi
cavit: Quis mensus est, inquiens, pugillo aquas et coe
los palmo ponderauit? Quis adpendit tribus diguis mo
lem terræ et librauit in pondere montes et colles in
statheca? rc.

Illud ergo esse tam est bonum, quam est esse: sicut
enim solum est, et seipso est, ita et solum bonum, ue
rum, rectum, iustum, sanctum est: nam seipso bonum est
uerū rectū. rc. Quod ipsius itidem uerbo liquet. Gen. 1.
Viditq; Deus cuncta que fecerat, et erant ualde bona
si ergo tam numero a creaturarū omnium soboles ual
de

de bona erat, ita ut singula & uniuersa essent bona, iam autorem eorum clarum est, bonum esse oportere: atque tale bonum quod à nullo esset, sed seipso constaret: essetq; ut omnū quæ sunt uis & essentia, sic omnium bonorum fons & scaturigo. Quod & Christus paulo apertius exprimit Luc. 18. inquiens: Nemo bonus nisi solus Deus. Si nunc omnia quæ fecit, uehementer bona sunt etiam se iudice, & nihilominus nemo bonus est nisi solus Deus, sequitur, quod omnia quæ sunt, in ipso & per ipsum sunt: cū enim omnia quæ sunt, bona sunt, & tamē solus Deus bonus est: fit, ut omnia quæ sunt deus sint, hoc est, ideo sunt, quod deus est & ipsorum essentia est. Quod Paulus sic exultit Ro. 11. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.

Hoc ergo bonum non ociosa quædam res est aut iners, ut supina immotaq; iaceat, nec se mouēs, nec alia: Deus o= paulo enim superius patuit essentiam & consistentiam mnia cōtē esse rerum omnium, quod quid est aliud quām omnia net ac mo per ipsum & in ipso moueri, contineri, uiuere: ipse e= uet. nim & à philosophis ἐντέλεχεια & ἐνέργεια hoc est perfecta, efficax, cōsummans' que uis adpellatur, quæ, quoniam perfecta est, nūquam definet nunquā cessabit nunquam ambiget, sed continue sic omnia seruabit, uer sabit, reget, ut in rebus factisque omnibus uitium nullum interuenire possit, quo aut eius uis impediri, aut consilium falli queat. Quod iterum ipsius uerbo ma-

14 DE VERA ET VALSA RELIGIONE

nifestum fit, sic enim in orationis exordio habes: Dixi qd; deus, Fiat lux, et facta est lux. Ecce ut uocata lux non modo subito praesto fuit, sed, ut creatoris sui obtinperaret imperio de nihilo constitit: tanta enim est eius uis, ut cum uocat quae no sunt, sic pareant quemadmodum ea que sunt, etiam si nasci prius e nihilo oporteat. Et Paulo post ait: Germinet terra herbam uiarentem, et facientem semē, et lignum pomiferū faciens fructum iuxta genus suum, cuius semē in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Ecce ut hic ruditus tellus ad primā creatoris sui iussionem letam faciem induerit: cū enim aquae ad aliueos suos abiissent, ipsaq; apud se confidisset, nuda erat et aspectu tetro: noluit ergo nuditatē eius mortaliū oculis expositam esse deus, ac iussit ut se confessim uirenti herba uestiret, proditisq; arboribus, ornaret, quo nascentibus continuo animantibus omnigenis, hospitium singulis præbere iuxta cuiusq; ingenium posset. Neque hoc solum, sed ne unquam ulla esset annonæ caritas tam herbis quam arboribus, uim producendi seminis indidit: ut cum ad exigendā hyemē, quicquid haberet, nobis iam porrexissent: mox uertete anno, rursum ad idē opus accingeretur: id autem perpetuis uicibus. Quae cū stabili tenore quottanuis fieri uidemus, nonne creatoris immensam uim, prudentiam, et erga opus suum curam et gratia agnoscimus? non solum enim dixit, et facta sunt: mandauit, et cre-

ata

ata sunt, quæ ille uoluit, sed quæ creauit, etiam pauit:
nam neque coruorum pullos oblitus est. Cum ergo ox-
mina quæ uel mouetur aut uiuunt ideo uiuunt & mo-
uentur quod sunt: nisi enim essent, moueri nequirent,
aut uiuere: quod autē sunt, in Deo & per deum sunt.
Inde colligi clarissime potest, Deum, ut est esse omni-
bus & consistere, ita & uitam motumq; esse omnium
quæ uiuunt & mouentur. Quod pulcre Paulus. act. 17.
ostendit, sic post latiorem sermonem colligens: In ipso
enim uiuimus & mouemur & sumus. Sicut & quidam
uestrorum poëtarum dixerunt. Ipsius enim & genus
sumus. Videmus hic obiter usum Apostoli in citandis
prophanis scriptoribus, quod eis nequāquam utitur
quasi autoribus: sed si quid cœlestis spiritus per eos di-
ctum uoluit, ostendit hoc ubi nam inuenire licet ne
margaritam unam & alteram sectando cuncta ipso-
rum stercora euoluere cogeremur. Redeo: istis ergo pa-
tet, in Deo & per Deū, ut omnia esse & consistere, sic
omnia in ipso & per ipsum uiuere, moueri. Quod &
ipse per os serui sui Mose os ostēdit sic inquietis Deut.
30. Ipse enim est uita tua & lōgitudo dierum tuorum.

Ncq; rursum sic est uita motusque rerū omniū, ut aut Sapientia,
ipse temere inspiret aut moueat: aut quæ spirant uel prudentia
mouetur, temere ex ipso petant quo uiuant & mouean & sciētia
tur: quomodo enim ex ipso peterent, quæ ne esse quidē Dei-
possent, nisi ex ipso essent, aut quomodo peterent ante-

quam essent? Constat ergo Deum non modo tanquam
matrīā aliquā id esse, à quo omnia sunt, à quo omnia
mouentur & uiuant: sed simul esse sapientiam, scien-
tiam, prudentiam talem, cui nihil sit absconditum, nihil
ignotū, nihil nimis remotū, nihil inobediens. Quibus fit
ut ne culex quidem lanceam adeò acutam, & tubam
adeò canoram habet citra Dei sapientiam, scientiam
& prudentiam. Eius ergo sapientia cuncta cognoscun-
tur, etiam priusquam sint: eius scientia cuncta intelli-
guntur, eius prudentia cuncta disponuntur. Nam istud
quod Deus est, summum bonum non esset, nisi simul sum-
ma sapiētia & prudentia esset. Si enim quicquam esset
quod Deum latere posset, illic nimirum sapientia &
scientia eius frigēret: si uero quicquam alia prouiden-
tia quam ipsius disponeretur, iam diuina torperet &
hac parte manca esset, & perinde nec summa esset nec
absolutissima: quacūque enim parte cessaret, ea & im-
perfecta esset. Quod tam abest à deo ut nihil eque cū
ipsius ratione ingenioque pugnet, quam imperfectum
esse: nam quicquid imperfectum est Deus non est: & co-
tra, hoc solum Deus est quod perfectum est, id est, abso-
lutum & cui nihil desit, cuique omnia adsinet, quae sum-
mum bonū deceant: non enim de perfecto hic loquinur
ut vulgo Theologi. Nihil ergo Deum fugere, nihil eius
consilium dispositionēmque fallere potest aut declina-
re. Cumq; nos ab eo tum factorum, tum consiliorum ra-
tionem

tionem audacius, quam fidelius exigimus, rogantes cur
 pulicem, tabanum, uespa, & crabrones fecerit homi-
 nibus beluisq; infesta animalia, nihil quam muliebre
 curiositatem impotentem inutilemque prodimus: quasi ue-
 ro, diuinae sapientiae humana mens capax sit, & uno al-
 teroue cognito non multo plura emergant, que ad sui
 cognitionem haud aliter quam priora inuitent: quoru-
 omnium nulla mens planè quam ea que infinita est &
 imminensa, cognitionem capere potest: que uero tam an-
 gustia est, ut est humana, nihil sibi quam uanum labo-
 rem curiosa huiusmodi percunctatione conciliat, quem
 admodum Solomon in Ecclesiasta, cap. i. admonet. Erit
 ergo misericordia mortalibus diuinam cum sapientiam, tum
 prouidentiam contemplancibus faciendum, quod omnes
 domi sue faciunt. Cum enim aliis alia uasa instrumen-
 taque ad artem suam accomoda habeat, uult quo-
 rundam usum omnibus esse expositum, quorundam
 omnibus ignotum, quanquam sibi ignotus non sit, suo
 enim tempore nouit quomodo & ad que sit ipsis usu-
 rus. Sic quæ nobis Deus exposita uoluit, cum uerecun-
 dia contempleretur: que uero abstrusit, ne impudentius
 adrectare uelimus, ne cum indignatione eripiantur,
 & audacie à nobis quemadmodum de Prometheus fa-
 bulatur, poene petantur. Ampla est enim domus Dei,
 coelum ei sedes est, & terra scabellum pedum eius su-
 pellex uero tam uaria tam imminensa, ut omnia cognos-
 cimus.

scere cupientem, desperatio potius adobruet, q̄ spes
 subeat omnīū capiendi. Unicū pampinum si solide &
 in uniuersum explorare statueris, deficies: ita habet sti-
 pitem per mediū ad ultimā aciē excurrentē: à quo prē-
 sum uelut aortae & capitales uenae deriuatae, in certos
 angulos sese extendunt: ex quibus tanq̄ mesē uel mese-
 raicæ, ut uocat, flagella in imam planicic fundūtur, suc-
 cum rite dispensantes, haud aliter q̄ adparcat, cum uel to-
 tum hominem, uel mundū uniuersum consideras. Atq̄
 hoc int̄ tam breui folio artificiū prius deserere cogēris,
 quām ad plenū ediscere. Ecce ut omnis humana sapien-
 tia in re ut uidetur nihili constiterit, inscitiam suam fa-
 teri coacta, ignorantiam: sed insciens non est, aut
 ignorans diuina sapientia prudentiaq; à qua omniari-
 te & fiunt & disponuntur.

Tempus nunc est, ut omnīū quæ hactenus de sapien-
 tia prouidentiaq; Dei dicta sunt, testimonia verbi ipsi-
 us adducamus. Sapientie encomium Solomon quidem
 Proverb. 8. magnifice descripsit, à ueritate ipsam an-
 te commendās, quod ipsi domino adfuerit priusquam
 condere mundū cœpisset, quodq; postea per ipsam car-
 dines totius orbis adpensi sint, & omnia per eam com-
 posita. Et Hierem. 51. sic inquit: Qui fecit terrā in for-
 tudine sua, & præparauit orbem in sapientia, & pru-
 dentia sua extendit cœlos. Sed iucundius nemo quām
 David. Psal. 103. sic .n. utrāq; depingit, ut uidere te pu-
 tes artifi-

tes artificem Deum librare montes robusta manu, et
quemque in locum suum ponere, ualles interea diducere
ac gelidos in uallibus annes, extendere arua, tunnulos
sumus; pelagus in abyssos suas retrudere, ne quicquam libe-
rentia suata turbet, scribit deinde colonos cuique parti, et
comeatum liberaliter adiicit. Nunc ad testimonia no-
ui testamenti properabimus, lepidioribus istis hac tenus
contenti, quod uniuersa veteris testameti scriptura huc
spectat ut omnia dei prouidentia fiant. Hinc enim tot
adparitiones angelorum, tot ipsius Dei oracula, et ur-
gente necessitate miracula. Hinc priuatorum hominum
inter pessimos uersantium Dei tam diligens cura et cuius
studia, quales Noe, Abraham, Lot, alij. Hinc prophetarum
missiones, que futura essent monentii, et atroces
etiam disciplinae, si qui monitis eorum non adquieuis-
sent. Crebri per dominum Triumphi si audientes, crea-
bra a diuerso fugae et excidia si minus audiētes fuissent.

Diserte admonet Christus Mat. 6. ne de his etiam quae
ad corpus adtinent sollicitissimus, cum non ignorare pos-
simus cœlestem prouidentiam hanc pro nobis curans
gerere, hinc, quod et uolucres coelo errantes tam libe-
raliter excipiat, et agri lilia tam preiose uestiat, ut
Solomonis trabee paludamenta Chlamydes, ac omnia
simil ornamenta his comparata uilescant. Quanto ma-
gis nobis, qui lōge maiore sumus apud eū existimatiōe
sit hec omnia daturus? Quin negat in nostra potestate

situm esse cap. s. ut uel unum pilum proprij capitis can-
 didum si sit ater: nec contra si candidus sit, atrum redde-
 re possumus. Quod autem & cincinni nostri ei curae
 sint, res adeò nullius pensi, ut citra tacturam omnè adi-
 mi possit, itidem testatur Luc. 12. Iam & capilli capi-
 tis uestri omnes numerati sunt. Vide quām late pateat
 cœlestis prouidentiæ cura, quamq; certa sit, omnes, in-
 quirat, numerati sunt. Quid hic dicent liberi arbitrij ad-
 fertores? An causabuntur subesse tropum? At nos ma-
 xime ῥποπινῶς adserimus esse dictum. Expectanda
 ergo ab eis tropi explicatio? Minime, nam pueris ob-
 uium est tropum hunc adperire, nempe quod Deus eo
 rum quoq; continentem curam gerat, quæ nostro iu-
 dicio omni fermè humana cura indigna uidentur, an
 hoc hyperbole est? Ego dum uolucres pasco & flores
 induo, uestri obliuiscar: nonne uos multò pluris aesti-
 mamini à me? sed de his plura quum aliquando ad libe-
 ri arbitrij mentionem uentum erit. Mat. 10. sic inquit
 Christus: Nonne duo passeris asse uenient, & unus ex
 illis non cadet in terram sine patre uestro? Hic nullus
 causari merito licet hyperbolas, est enim manifestum
 à minore ad maius argumentum, in quo quod primum
 est, uerissimum esse oportet, aliòqui quod inde colli-
 getur, stare nequit. Sic ergo sentit Christus. Quando
 quidem unus passerum asse comparatorium, ne fortui-
 to quidem in terram cadit, nisi cum patre cœlesti, quan-
 to magis

to magis uos, qui tantæ reputationis estis apud illum,
nusquam excidetis illo non sic disponente? Ergo ueris
simum hoc erit, quod etiam temere, ut nobis uidetur,
contingentium autor Deus sit. Sororibus Lazari uide
batur Christus ignorare quod earū frater ægrotaret,
sed postea quām nunciatum est illi, uerbo manifestauit
an uel aliquid ignorare posset Deus, uel aliquid circa il-
luis curam consilium, ordinationemq; fieri: sic enim in-
quit, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria
dei, ut glorificetur filius dei per eam. Vides unde pro-
fecta sit ægritudo? à deo nimurum: is enim ea usurus e-
rat ad filij sui gloriam. Ad eundem modum respondit
discipulis Ioan. 9. quum percontarentur quorum nam
culpa factum esset, ut qui illic erat, cæcus nasceretur.
Neque hic peccauit, inquiens, neq; parentes eius, sed
ut manifestentur opera dei in illo. His contenti nunc
erimus, alibi ut diximus uberiorius hunc locum tractatu-
ri. Tu bone lector istorum interim memineris, ne bis
eram be mors. Nam ex prouidentiæ loco prædestinati
onis, liberi arbitrij, meritiq; uniuersum negotiū pèdet.

Iam frustra esset, infructuosum ac inutile mortali-
bus, si hoc summum bonum deus, sibi soli, quod dici-
tur, saperet: sibi soli bonum, uita, motus, scientia, pru-
dencia, esset: sic enim nihil à mortalibus distaret, qui
hoc suapte natura habent, ut sibi canant, suis studeant
rebus, sibi melius malint quām alijs. Necesse est igitur,

22 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

ut hoc summum bonū quod Deus est, benignum natura
sua sit, ac liberale: nō ea liberalitate qua nos dedisse ui-
deri uolumus, interim retributionē spectantes, interim
gloriam: sed ea, qua ijs quibus donauit prodesse uult,
et hoc unum ac solum spectat, ut eorum sit que à se fa-
cta sunt: gratis enim distrahi uult, nam ut est fons rerū
omnium, nemo enim priusquam esset meruit ut ex illo
nasceretur: sic & perenniter liberalis est in eos, quos
adhoc unum genuit, ut liberalitate sua fruerentur. Bre-
uiter. Hoc bonum illud ab alijs que uidentur bona di-
stat, quod hæc se & uero, id est, gratuitò non expē-
dunt, utpote sordida & egena: illud contra nisi gratui-
tò impendi nec uelit, nec possit. Rursus que in speciem
bona sunt, sibi parci uolunt: paucissimis .n. satisfacere
possunt, angusta cum sint, ac tenuia. Illud bonū sic exu-
berat ut omnibus oīm desiderijs ad facietatem super-
sit: infinitū enim est, ac distrahi amat: ipsum enim frui
alijs nequit, nam inferiora ipso sunt: et nisi eo fruan-
tur à quo sunt, cōsistere nullo pacto possunt. Sequuntur
nunc prædictorum testimonia. Testatur hanc sententiā
tota creatur arum omnium corona, nisi enim uoluisset
deus, ut opera sua se fruerentur, nunquam ea de nihilo
uocasset: non enim fruitur eis Deus. Cuius ergo causa
creauit ipsa ut creatore suo ipsa fruerentur. Genesios.
15. sic loquitur ad Abraham dominus: Noli timere Ab-
raham, ego protector tuus sum, et merces tua magna
nimis. Quid queso protectorem esse, ac mercedem uel

premium

premium, uel bonum quo fruaris, supra quam capere
 queas diues & exundans, aliud est quam Deum esse?
 Porro quod se sic ultrò exponit, cui non est documento
 quod distrahi amet: Isaías. 45. satis probat omnia Dei
 prouidentia liberalitateq; fieri, qum cum ad Cyrus
 loquentem facit. Ignorabat Cyrus Deum, sed non erat
 ignarus Cyri Deus; sic enim liberaliter in eum uictori-
 as, opes, totaq; regna effudit, ut Oriens cum Occidente
 merito uidere debuerit, quod is qui haec omnia tam lar-
 giter dabant, solus ac uerus deus esset. Loquitur igitur ad
 hunc tandem modum post longam admonitionem do-
 minius, ne totum sermonem scribere sit opus: Annuncia-
 te & uenite & conciliamini simul. Quis auditum fe-
 cit hoc ab initio? Ex tunc prædixi illud (Ecce prouiden-
 tiam quæ impiorū etiam curā gerit) Nunquid nō ego
 dominus; & nō est ultra deus absq; me? Deus iustus &
 saluans nō est præter me. Cōuertimini ad me, & salui-
 eritis omnes fines terræ, quia ego Deus & nō est aliis.
 tc. Ecce liberalitatē qua ultro ad se inuitat omnes fines
 terræ. Ecce simul & certitudinē, quod ipse solus est qui
 iuste omnia dispensat, solus saluat, nec est Deus præter
 eum. Eodem modo benignitatis siue simus expādit. Isa-
 ias. qum omnes cœlestis sapientiæ opisq; siue cupidos si-
 ue indignos sic uocat: Omnes qui sitiatis, uenite ad ar-
 quas: & qui non habetis argentum, properate emite
 & comedite. Ecce ut etiam urgeat non ad prope-
 xandum modo sed etiam ad ampliter hauriendum.

Iam ex instrumento ueteri satis testimoniorū adductū est, quid enim istic in uniuersum agitur, quām quod ostenditū Deum esse solum qui seruet, qui curam noſtri habeat, qui ex ſe peti omnia uelit? Ego ego ipſe ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Iſai. 43. Miſericordia domini plena eſt terra. Psal. 32. Et: Tu das illis escam in tempore opportuno. Et: Aperiente te manu tuam, omnia replebuntur bonitate. Et Ioēl. 2. Scieſt quia in medio Iſraēl ego ſum. Porro quid eſt in me dio Iſraēl eſſe, quām inter eos ſic eſſe, ut ipſius auxiliū opus non ſit ē longinquō petere? ſed ab eo ſolo qui et familiariter et ſuauitate tanquam unus de ipſorū grege inter eos uerſatur. hoc eſt enim in medio eſſe, ne ſci licet cuiquam ſit formidandum ſupercilium. Noui Teſtamenti quae alia testimonia proferemus, quām eum ipſum, qui teſtamentum eſt, Iesum Christum, Dei, uirginisq; filium? Cū enim natura eſſemus filii irae, Ephes. 2. reſtituit nos in gratiam, Deus ille miſericordiæ diuifimus fons, per Christum filium ſuum. Hūc etiam propitiatorem conſtituit, Ro. 3. ut qui ſanguine ipſius fidant, sancti et immaculati apud patrem ceneantur. Ipſe igitur propiciatio noſtra eſt, ergo et pactum noſtrum, teſtamentumq; quod Deus nobiſcum pepigīt, eſt. Ipſe et propiciator eſt: per ipſum enim aditum habemus ad Deum. 1. Io. 2. Hebr. 10. Ephes. 2. Porro quicquid nobis tādem Christus eſt, liberali dono Dei eſt: nā ipſi meriti

non

nō sumus ut is filiū suū pro uita nostra expēderet: si nō fieri potuisset, ut meritis nostris uita redderetur, Christo nihil opus fuisset: si eo nihil opus fuisset, quod eū pater carne indueret: nō est ociosum opus dei, nō frustrā neu, nō superuacaneū, sed uenit filius dei in hūc mun-
dū ut uita habeamus & abūdantiſime haheamus. Ille ipſe Christus ut ſe totum nobis exponeret Matt. ii. ſic clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego requie uobis dabo. Quid bone deus, eſt liberalem ac largum eſſe ſi hoc non eſt: ſcatemus omnes tum internis tum externis malis, ſic ut ſub eis non aliter quam ſub graui aliqua mole deprimamur. Videt eam calamitatē dei filius, ac omnes ſimul ad ſe uocat. Et ne quem ſua mēs ſceleris ſibi conſcia deterreat, quo ſibi minus ad eum cōcurrere licēre putet, diſerte loqui tur. Omnes, & qui laboratis, & qui onerati eſtis: ipſe enim uenerat peccatores ſaluos reddere, atq; adeò gratia. Quod diuini uates ante multa ſecula futurum præ ciuerant, præſertim Hieremias cap. 31. qui futurum dicit ut omnes ſimus dominum propter eius liberalitatem cognituri, qua nobis peccata ſic indulgeat ut eorum mentionem prorsus nullam aut obprobrationem ſit facturus. Qua munificentia que potuit clarior aut celebrior nobis fieri? Io. 13. adſerit recte ſe uocari ma-
giſtrum ac dominum, qui tanen ſe eousq; demifit, ut diſcipuloruū pedes ablueret linteoque abſtergeret: que

quid aliud quam propensiissima liberalitas sunt? R. 8.
perhibet Paulus Deum filio suo non per percisse, sed pro
nobis omnibus exposuisse: confessimq; argumentatur
ad hunc modum. Quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donabit? Hoc nimis unum intedens: An potest quis=
quam maius aliquid pro amico aut fratre impendere
quam filium unigenitum? Nunc autem Deus filium su=um
pro nobis tradidit. An potuit liberalitatem mise=ricordiae sue manifestius nobis probare? Num poterit
nobis aliquid negare qui filium donauit? Qui fieri po=tes=t,
ut cum filium dedit, non omnia simul cum illo da=tur
sunt? omnia . n. que in cœlo & in terra sunt, filio
inferiora sunt. In eum ergo usum filium pro nobis tra=didit,
ut quandoquidem videamus nostrum esse factum
quod summum est tam in cœlo quam in terra, iam certi=imus
nihil nobis negatum iri posse: qui enim filium
dedit, omnia sua dedit: nihil enim habet Pater, quod non
filius quoq; habeat. Hec fortasse rudioribus satis erit
ad ostendendum, quod sicut deus fons est omnis boni, ita
& liberalis est ac minime sordidus aut inexorabilis: sed
sic largus ac sui prodigus in usu se fruentium, ut ab omni=bus
ausferri, teneri, possideri gaudeat. Ac secundum ista sic
semper ad opitulandum accinctus, ut ubiq; succurrat nus=quam
cunctetur: unde & græcorū quidam θεόν Deum
πέποιθεν id est à currēdo dictum putant, quod ubiq;
adcurrat, adsit, opemq; adferat.

Veruntamen quæ pluribus ageremus de cognitione
 Dei, quæ ea ipsa, quæ ex ore ipsius attulimus, apud eū
 qui impius sit, haud pluris astimentur, q̄ ut dicitur ultro
 ne a merx. Ventū ergo pauerit, si quis ante istos porcos
 has margaritas exponat. Cōtra uero qui pijs sunt, notio
 rem ac familiariorē domi habent Deum, q̄ ut his nostris
 eis aliquid accedit cognitionis. Iis enim Deus oīa est, Es=
 se, uita, lux, robur, thesaurus, & sufficientia rerū oīm,
 ac prorsus bēcōdē ḥγαθōp. Quod sancti Dei homines
 experti, abusq; mundo condito Deum uarijs nominibus
 adpellauerūt, ut uidere licet paſſim per utrumq; instru=
 mentum nūc dominū, nūc Deum, uitā, cōſistentiā, paſſ=br>
 trem, ſertem, lucē, oīpotentē, omnisufficiētem uocantes,
 quæ tamē omnia nomia illi ex interna fide impoſuerūt:
 nēpe, quæ domi ſic de Deo ſentirent, quod ipſe robur
 eorū eſſet, uita, eſſe, pater, & reliqua: iā ex ea fide qua
 illi acceptum ſerebāt robur, uitam, reliqua: ſic illi poſt=
 modū nomē dederūt Fortitudini, domino, uite, robori.
 Conſtet igitur ociosa eſſe, quæ hactenus de Dei cogni=br>
 tione attulimus, niſi fides accedit. Vnde nemo ſic obijce
 re potest, quaſi humanis persuasioib⁹ nixi, cognitionem
 Dei docuerimus: primum enim diuinis ſolummodo ful=br>
 ti ſumus oraculis: deinde palam ostēdimus nō humana=br>
 rum uirium eſſe, ut in Dei cognitionem adorationemq;
 deueniamus: non enī uolentis aut currentis, ſed miſe=br>
 rentis Dei eſt. Qui tribuat, ut opera manū eius ipſum
 ſolum, uerum Deum, dominum, ſaluatorem, auxilia=

torem, robur, uitam, lucē, patrem honorū omnīū, cunum, expositum, largum, benignum, benevolum gratis distrahi cupientem (Tale enim est, quod nos per hanc uocem Deus intelligimus) agnoscant: nam nisi ad hūc modū de eo sentiamus, nunquam solo ipso fidemus, nunquam ad solum recurremus, nunq̄ ex toto corde cunstisq; uiribus deperiemus. Hactenus de cognitōe Dei.

DE HOMINE.

HOMINE M cognoscere tam est laborio sum quam Sepiam capere: ut enim ista se in atrorem suum abdit, ne comprehendendi possit, ita hic noster tā subitas, tanq; densas hypocritos nebulas, quam primum se peti sentit, excitat, ut Lynceus nullus deprehendere, nullus possit Argus. Quod non modo Momus ille mordax questus est, sed diuinus ille Euangeliij preco Paulus. i. Corin. 2. sic agnoscit, ut tametsi exempli causa ad hunc modum dicat: *Quis enim hominum nouit ea que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso?* et tamen uera pro explorato habeat humanum pectus tanto studio, tot artibus consilia sua abstrudere, ut conscient porro nemo fieri possit quam ipsum sibi: nisi enim sic opinatur, non recte colligeret, quod illic probare nititur. Et Hieremias de hoc nostro lucifuga et tergiuersatore sic inquit capit. 17. *Prauum est cor hominis, et inscrutabile.*

scrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scruta-
tans cor, & probans renes. Quibus manifestum fit
testimonijs, hominem ab homine cognosci non posse,
tanta est eius in inficiando audacia, tanta in simulan-
do ac dissimulando promptitudo, ut quacunque te pu-
tes eum parte deprehendisse, iam dudum alia elapsus
sit. Si dices: Propheta palam testatur humanum cor pra-
uum esse, confessim sic euadit, prauum hic positum es-
se pro eo quod est propensum ad prauum, neque id de
omnibus esse dictū. Huc interim spectas, ut si istud cuim
cere queat, quod quidam sint ab omni prauitate alieni,
iam ipse quoq; inter istos reputetur, uel hoc argumen-
to, quod adeo constanter honesti pectoris gloriam ac
innocentiam tueatur. Qum igitur tam incessares sit
ad humani cordis latibula penetrare, nobis haud du-
bie desperandum erit de eius cognitione. Esto enim se-
quisq; cognoscat, ab alio tamen nullatenus cognoscitur:
quamuis ipsius φιλαυτίας tam fortes sunt copiae, ut uel
paucissimis uel omo nullis contingat per eas ad suipsi
us cognitionem perrrupere. Nullo igitur magistro alio
aut duce, unq; dabitur humani cordis arcana uidere, q
solo hominis architecto Deo. Is enim ut hominem con-
didit, ita omnes uersutiarum eius scaturigines, ac un-
de ille ipse exordium coepirint, nouit. Quæ omnia
Hieremias his uerbis indicauit: Quis cognoscet illud?
Neminem nimis putas proditum, qui pronuntier

30 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

audeat, se eius cognitionem habere, preter eum qui ipsum finxit Deum. ideo mox iungit: Ego dominus scribens cor et explorans renes. A domino igitur Deo hominis conditore hominis cognitio non minus petenda est, quam eius ipsius cognitio, quamvis diuersis causis. Dei enim cognitio nostrae intelligentiae negatur propter eius imbecillitatem et illius splendorum et claritatem. Hominis autem propter inficiandi fingendique tum audaciam tum promptitudinem, ut dictum est.

Formauit cœlestis architectus hominem ad similitudinem suam, formatumque in hortum omnigenis delitijs affluentem, non solum ut ciuem, sed ut patrem familias ac dominum posuit: uerunt anē hac lege, ut quecumq; illic nascantur, uesci liceat, propter arborem scientie boni et mali: huius enim fructum sic nec tangi debere neq; gustari, ut si contra fecerit, morte sit praetissima sece perditurus. Gen. 2. Inuidit tam letam felicitatem homini diabolus, Adæq; coiugem persuadet, Deum regni metu ab ea interdixisse arbore, que uel ipso nomine doceret, quod ut primū de fructu eius edidisset, diis redderetur similes, bonū uidelicet ac malum docti. Credidit infoelix foemina ardua polliceti, fructum decerpit, et ambesum fidelis futura marito porrigit. Is. ut erat insidiarum foemine eq; temeritatis ignarus ac rudis (quid enim negaret uxori?) obtemperat, fecitq; quod nullus maritus in gratia uxoris facere detrectatus

uisset

DE HOMINE HV. ZV. COMMENTA. xx

tisset: sed ecce, ut mala, ubi minimus eorum metus est: de improposito in nos iriuntur. Ille parens noster quem bona & mala doctus, in deum euadere sperauisset, nihil aliud quam ignominiam suam didicit, perpetuamque mortem inuenit. Sic enim loquutus est Deus ad ipsum: In quo cunctis die comederis ex eo, morte morieris. Est autem facilius cœlum & terram transire, quam illum uerbum dei. Moriturum ergo ut prædixerat, homo mortuus est, mox ut fatali pomo dentes illisit.

Necessarium uero est scrutari quia nam morte mortuus fit Adam, postea quam ligni uictiti cibum edit. Primum ergo, constat fatali morte non exemplò concidit se, ubi hunc cibum comedit: multis enim postea sæculis uixit. Constat iuxta hoc, fatalem diem suotempore non alia ex causa superuenisse, quam quod legē olim transgressus fuerat: per peccatum enim mors. Ro. 5. Nam perpetuò fœelix futurus erat, si ab infelici pomo gulā abstinuisset. Constat tertio loco, quod Adam aliqua porro morte occubuit ut, primum audacem manum fatidicis fructu oneratam ori admouit. Sic enim habet uerbum Dei: In quo cunctis die ederis, morte morieris. Mors ergo eodem momento quo edit, sequuta est, at corpore a confessim sequita non est: animæ ergo mors est, quæ subito sequuta est. Corporis enim mors ex peccato, ut dictum est, nata fuit: unde ex animæ mortem sequuta est. Hec. Ro. 5. dilucide habetur. Sicut per unū hominem peccatum in hunc.

mundum intravit, et per peccatum mors, ita et in omnes homines mors pertransiit, eò quod omnes peccaverunt. Mors ergo qua sic repente concidit Adam, peccatum fuit: quae mors, tanto est corporea perniciosa, quanto potior est causa, eo quod per illam fit: peccati enim mors corporeæ mortis parens est.

Videndum nunc est, quid tandem sit mors peccati, aut quale sit eius ingenium. Conicctamus autem ingenia omnium que uidemus ab appetitu, quo impelluntur ad sequendum parandumq; quod cupiunt, sic avarum pronuncianus qui opum gratia pauidus secat mare. Diligenter igitur et nobis spectandum est quid maxime sequutus Adam, ingenium prodiderit suum. Dijs equalis erat futurus, quod si processisset, iam suopte marte cognitus erat quid bonum aut malum esset. Hæc est ergo esca quam appetiuit, quaq; captus est. Deum esse, ipsummet scire quid bonum, quid malum. Veruntamen hic appetitus unde originem habere potuit quam ex amore sui? omnes enim nobis malumus bene esse quam dijs: φίλασσια ergo, id est, amor sui, causa fuit cur malefudæ obtemperaret uxori Adam. Natura ergo est homo sui amans, non ea natura qua institutus fuerat, præditusq; à Deo, sed qua sorte, quam Deus dederat, non contentus, domi sue uoluit boni malique peritus, imò Deo equalis fieri. Amoris ergo sui ipsius cum sit reus factus homo, eiusq; criminis damnatus, manifestum

DE HOMINE HVL. ZV. COMMENTAR. 9

nifestum fit, quod peccati mors, quod ad ingenium ad-
tinet, ea sit, quae homo perpetuo amat, sibi placet, se
fudit, sibi omnia fert accepta, uidere putat quid rectū,
quid curuum sit: ac quod ipsi probatur, omnibus pro-
bari debere opinatur, etiam creatori suo. In hoc enim
autoφώρω, id est, ipso furto deprehensus est, quod De-
us, boni malique, sciens, clam creatore suo fieri parabat:
negari ergo malicia, negari ingenium, negari naturæ
uitium (que quid aliud est quam mors?) non potest.

Sed præstat diuini oris testimentijs re probari, quam
argumentis: quamvis et illa fundamentum habeant in
verbo Dei. Nam iste Proteus noster, quo cum agimus,
ni testibus conuincatur, fugit, negat, inficiatur: impu-
dens enim est, atque audax: in omnem se figuram trans-
mutat, omnia pollicetur, omnia minatur, duntaxat ne
in lucem protrahas. Dicit ergo Deus Gen. 6. Non per-
manebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro
est. Abdicat hic Deus hominem, ut degenerem quod
caro factus sit totus: quod iam olim quoque testatus erat
quam cum ueluti nothum è nido detrusit, custodeque pro-
banus paradisi statuit, qui redire uolentem arceret.
Gen. 3. Quod si homo totus caro est, quid quæso cogi-
tat, quam quæ carnis sunt: si uero haec solummodo co-
gitat, quid aliud quam hostem Dei agit? Spiritus enim
concupiscit aduersus carnem, caro autem aduersus spi-
ritum. Haec enim sibi mutuo aduersantur. Ecce, ut ma-

nifestū fieri incipit, quod homo quatenus homo est, & quatenus iuxta ingenū suum uel cogitat uel agit, nihil nisi qd' carnis est, qd' inimicorū Dei, quod aduersario-
rum spiritus cogitat & agit. Eōdē loci sic habetur:
Videns aut̄ Deus, quod multa malicia hominum esset in ter-
ra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malū oī
tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in ter-
ra. & cæt. Habemus hic aperte uniuersam simul huma-
nam cogitationē nō modo propensam ad malū, sed hūc
intentam & adfixam: neq; hoc per interualla (quēad-
modum qui furiunt aut febriunt, certis spacijs remissius
habent) sed omni tempore. Post. 8. cap. Cogitatio uel
consiliū humani cordis malū est à puericia sua. Sic enim
habet Hebraica ueritas: nec longe aliter Septuaginta.
Quoniam imminet humana mens ad mala à iuuentute.
Nostra uero trāslatio habet: Sensus n. & cogitatio hu-
mani cordis in malū prona sunt. Quæ alteratio sensus
nimirū ex hominis ignoratiōe profecta est. Pauci enim
mortalium ad hanc mensuram, contemptus suorū ipso-
rum ueniunt, ut sibi boni nihil tribuant, ac cupidita-
tum interna consilia palam confiteantur. Vnde fit, ut
induci nolimus ad concedendum, quod tota mens no-
stra mala sit. Quod ubi pertinaciter inficiamur, iam,
ut est audacia, Dei quoq; uerbum ad nostram sententiā
immutare, uel potius deprauare pergimus. Quemad-
modum hic quoq; factū est, ubi Hebraica ueritas tā di-
lucide

lucide habet, mala est, ausus fuit aliquis dicere, prona
est ad malum, ne ipse quoq; in suspicionem ueniret, qd'
malus natura esset. Quanquam satis incircuspicienter
hoc factū est. Quid enim leuabat causam humanae mali
cū hic temperauisse sententiā, qum paulo ante dictū
sit quod caro simus, quodq; uniuersa cogitatio nostra
omni tempore intenta sit ad malum? Neq; n. aliter fieri
potest, qum caro simus, quam ut perpetuò, que carnis
sunt sapiamus: at ista omnia malicia ipsa sunt, ex qua
peñimi deinde rami prodeunt, quemadmodum Gal. 5.
docuit Paulus. Mala igitur mens, malusq; est animus ho
minis ab ineunte etate: quia caro est que sui amans est,
glorie uoluptatis, reiq; cupida, utcūq; diſimulet, que
cunq; prætexat. Omnes enim sumus hypocritæ Isa. 9.
Et nequam, et omnium ora stulticiā loquuntur. Et Ec
clesiasta nequit satis exclamare, quam uanisimus. Van
itas, inquiens, Eccl. 1. uanitatum, et omnia uanitas.

Nunc ad Noui Instrumenti testimonia couertimur.
Io. 8. sic inquit Christus: Omnis qui facit peccatum, seruus
est peccati. Adam peccauit, ergo peccati mancipium fa
ctus est. Quod Paulus Romanis scribens, sic disserit.
Ro. 5. Nescitis quod cui uos ipfos in seruos tradidistis
ad obediendū, serui estis eius cui obediatis? Peccato tra
didi se Adam: nisi enim tradidisset, nunquam uetus
cibum attrectauisset. Ergo seruus, mancipiumque eius
factus est, nisi enim se prius per deliberationem Deo fa

milem, boni maliq; peritum fiendi, diaboli consilio trā didisset à pomo sic abhorruisset, ut nec aspectu dignas-
tus esset. Tradidit ergo uolens, ut ne ultra ciuiliter quic-
quam prætexamus, ac lubens sese parens noster in ser-
uitutem peccati. Qui autem seruus est, ex conditione
alium audire nec potest, nec debet, quām dominum su-
um, cui se addixit. Cogitat igitur homo istud, quod do-
minus sius peccatū iubet. Peccatum uero tunc est, quām
neglecta creatoris lege, seipsum homo sequi maluit,
quām signa ducis ac domini sui. Eius ergo seruus est
ad quem descivit: descivit autē ab amore dei per amo-
rem sui ad se ipsum. Sui ergo ipsius seruus est, se ma-
gis amat, quām deū, quām etiam quemquam: atq; hoc
tandem est mortuum esse, hæc est peccati mors, hoc in-
genium peccati lapsiq; hominis est. Io. 3. Christus sic
inquit: Quod natum est ex carne, caro est. Sequitur
ergo quod qui ex mortuo nati sunt, ipsi quoque mor-
tui sunt. Nam Adam ut primum ad se cōuersus fuit, to-
tus in carnem degenerauit. Ut igitur caro, sic ex mor-
tuis fuit: hæc enim equipollent, carnem esse, mortuum
esse, quatenus hic de morte loquimur, ut in superioribus
patuit. Nunc autem recipi nulla ratione potest, ut qui
mortuus est, uiuum generare queat: nequit ergo mor-
tuis Adam generare, qui à morte sit alienus: nunquam
enim immutari potest, quod natū est ex carne, caro est.
Consimilem ad modum loquitur. Paulus Roma. 7. Scio
quod

quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum.
 Loquitur autem illic nō de ea carne, quam cum came
 lis habemus communem: alioqui quid p̄eclari dixis-
 set in carne nostra cadaverosa nihil boni esse quod cæ
 eis etiā pateat: sed de toto homine, qui ut ut ex anima
 corporeq; rebus natura diuersis, compactus est, caro
 tamē appellatur, quod pro ingenio suo nihil quam car-
 nale mortiferumq; cogit. Quod manifeste patet cum
 paulo ante dixerit: Scimus quod lex spiritualis est, ego
 autem carnalis sum, uenundatus sub peccatum. Hic in-
 quam manifestum fit quod dicimus, uidelicet Paulum lo-
 qui de peccati mortisq; ingenio, cui traditi uenudatiq;
 simus primi parentis defectione, ut dictum est.

Hæc fortasse paulo uerbosius prosecuti simus, sed
 nec ab re, est enim humani pectoris tanta uastitas, ut
 omnes latebras ex recessu eius percurrere tam sit ob-
 uiū ac facile, quam Oceanum emetiri aut Auguae sta-
 bulum repurgare: unde & facile maliciam dissimula-
 re potest, seseq; in abyssos suas recipere: sed is, qui lux
 est, fallere nequit: qui, ut eum latere quicquam potest
 ita totum nobis hominem sic exponit, ut si saltem eius
 uerbo credimus, liquidò uideamus hominem natura
 malum esse, utcunq; se abstrudat, renitur, aut tergi-
 ueretur. Verus est ex cuius ore istud audiuimus, aliter
 se habere nequit res. Est quidē uersutus ac ad infician-
 dum audax homo: cui si fidem habeamus, nūquam sese

plane confitebitur pessime ingeniatum esse: sed quām cū
 Id est, cor= sic nāḡs iōγvōs n̄s Deus in lucem protrahit, pudor est
 dium cog= negare quod sibi conscius est. Neq; hic quisquā dicat:
 nitor. si huius se quisq; confiteretur consciū, probe quidem
 differuisse de miseria humanæ malicie: sed sunt, qui
 uel Dei uerbis non cedunt, ut se malos confiteantur: uel
 etiam si maliciā suam domi agnoscant, retinendæ tamē
 opiniōis, latēdiq; uel spe uel cupiditate, alijs agnouisse
 uideri nolint. Recte sane, hoc ipsum nūc ultrō oboritur
 Per Deum
 cognosci=
 tur homo.
 quod quærebamus, nempe, ut homo se se agnoscat pau-
 lo minus opus esse Deo magistro, quām in eius ipsius
 cognitione: qd' tot tamq; alias specus habeat, ad quas
 se sic perfugere speret, ut nemo latentem inuenire, imo
 ne inuentum quidē protrahere possit. Deo igitur ur-
 natore opus atq; eo solo habemus, ut hominē pernosca-
 mus. Et quod supra diximus, ipsam Dei agnitionem ex
 eius uerbis sperari non debere, nisi fides adsit: nam eā
 si desit, fabula uidebitur quicquid de illo attuleris. Idē
 in hominis consideratione uerū est, nisi enim fides ad-
 sit, qua homo credat omnem uocem à deo prolatam ue-
 ram esse, tam longe aberit à sui cognitione, quantū in-
 ter spiritū carnēq; interest. Per legē enim cognitio pec-
 catū est autem lex spiritualis, nos autē carnales: nisi er-
 go spiritus se nobis ingerat, perpetuō carnales erimus:
 uenundati enim sumus sub peccatū. At quādiu carnales
 sumus, nos ipsos nō agnoscimus: caro enī seipsam nullo
 pacto

pacto abijcit, semper apud se magna est ac magnifica,
imò Deus quoq; Tam ergo necessaria est fides homini
ad sui cognitionem quam ad Dei.

Hoc autē quum ignorēt, insignes isti Theologi, uen-
trisq; animalia hypocritæ, ut ex eis aliquid interim ad
ducamus, quæ ad falsam religionē adtinet, cōtentī sunt Falsa reli-
permisissc, qd̄ pronus sit hōis animus ad malū, integrū gio:
ei simul tribuētes iudiciū, quo ad quæuis libere posse ex-
porrigere manū, qd̄ nihil est, q̄ ex arena funē uelle texe-
re, aut ex belial angelū fingerē. Vt n. arena ppter inge-
nū ac formā nec tū nullo modo potest, sic belial sic ho-
mo effici nō potest, ut ille lucis angelus fiat, qui tenebræ
est, mēdacijs, fraudis, peccatiq; autor: hic aut ut manū ad
bonū extēdat, nisi istud fortasse cupiditas amorq; sui bo-
nū esse dicit̄ spe delectationis: quēadmodū & generis
autor manū extēdit ad pomū, sed spe, deus fiendi ac oīa
sciendi, que q̄ ex amore sui aliunde nasci nō potuit. Cū
ergo cūcta ad se referat homo, si cum Deus suo permit-
tat consilio, frustra tribuunt ei Theologistæ saluū inte-
grūq; iudiciū. Sed de hac questione in sequentibus plus
rā si dominus dabit. Erit fortasse hic nō alienum ab in-
stituto, si doctissimi eloquētissimiq; hominis, Tullij dico,
sententiā exoratiōe pro Archiq; habita, hūc uelut pere-
grinum emblema immisero, qua ille, cū oīa gloriæ cupi-
ditate hominē facere docet, sic huic diuinæ sententiæ ad-
stipulatur, ut Dei potius uirtute exorta videatur, quam

Ciceroni glorie animali uoluntarie dicta. Quomodo enim seipsum proderet, cum istic adseueret glorie studio omnia fieri à nobis: aliás uero uideri uult oīa uirtutis, Reiq; pub· amore facere? Verba sic habent: Nulla enim uirtus aliam mercedem laborum periculorumq; desyderat, præter hanc laudis ex glorie: qua quidem detracta, iudices, quid est, quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, ex tam breui, tatis nos in laboribus exerceamus? Certe si nihil animus præsentiret in posterum, et si, quibus regionibus uitæ spacium circumscriptum est, ijsdem omnes cogitatus terminaret suos, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis uigilijsq; angetur, neq; toties de ipsa uita dimicaret. Nūc insidet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ noctes ac dies animū glorie stimulis concitat atq; admonet: nō cum uitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. Et c. Ut hic Cicero interiorē hominem prodidit? Insidere perhibet uim quandam in animis optimorum etiam, que ipsos indefinenter ad comparandam gloriam extimulet, atque hūc omnes cogitatus, consilia, labores uocet. Quod autem ille uim adpellat, hoc qui fideles sumus, nihil aliud esse scimus, quam mortem, atq; peccati, misericordie lapsi hominis conditionem: qua perpetuò sue amans ac studiosus est. Quod si inter fideles inuenias qui neget glorie compendijq; priuati studio omnia ab homine

homie fieri, iam pro explorato habeas ipsos fideles nō esse, sed carnales peccatiq; mancipia. Quandiu n. nos ipsos defendimus, certum est lucem spiritus abesse, quæ hominem sibi ostendit ac prodit. Ethnico ergo autore quoq; docemur oīa consilia nostra in nos ipsos dirigi. Neq; hic quēquā moueat, qd' Cicero cupiditate gloriae omnium animos teneri adserit: cōtra tamen uideamus quosdam gloriae nihil intentos esse, sed rei potius uenitri aut ueneri: nam hoc quod Cicero dixit, ad optimos retulit. Horum esse putans, ut omnia recte facta, ueluti gradus quosdam ad gloriae ascensum destinēt. Humiliores aut, aut potius uiliores ad uentre uenerēq; qum oīa referant, gloriae cupidis inferiores nimirū habentur. Loquinur aut de hoc gloriae studio, qd' per honesta incēdit: nā qui gloriantur in rebus pessimis, pessimis nōnūq; explodūtur. Qui uero ad rem adtentī sunt, partim consilia sua sic ordinat, ut hac ratione in altum euchi: partim, ut ingluuici, ac ueneri suppeditare possint quæ postulant. Fixū tamē ac immotū stat, quod oīa hominis cuiusvis consilia, peccatū sunt, quatenus ut homo cōsulit: oīa enim ad seipsum refert, sibi uni studet, de seipso honor atius sentit qd' de alio. Et quanq; se uideat multis in rebus à plerisq; uinci, inuenit tamē in quo sibi primas tribuat, ne sit inglorius. Videt Iulius se à Cicerone eloquētia cōsulendi agendiq; peritia uinci, sed quanto est hac parte inferior, tanto sc in artibus præstantioribus

antefert, imperandi et belligandi: ips enim factum esse, ut ad fastigium rerum conscenderit, quo Cicero tota eloquentiae sue flumine uehi nequeat. Sed in talibus forsitan facile sit dicere, ut quisque sibi primus det, qui omnium iudicio uidetur praecipuum aliquid habere. Verum tamen irum aliquem mihi accipe, deploratumque; hominem qui ad gloriam, aut excellentiam ullam nihil prorsus spei habere potest, doceque; sui studiosum esse, qui sic nihil in hac uita adpetit, ut mori malit quam uiuere. Tum sententiae tue cedam. Audi ergo: irum ipsum aut calamitosissimum quemque; cum Cræso Hercule Vlysse compara: Cræso dicet, indocilis est pauperiem pati, Ego malis exercitus sum, Herculius. Res plane prodigiosas gerit, sed est libidinis impatiens. Ego nihil, aut parum uror.

id est consultus aut callidus.

Vlyssi πολυμήτρης quidem est, porrò inter tot consilia et astus fieri nequit, ut non dolus aliquis intercurrat. Ego ut laeta simplicitate fruor, sic in eo statu non sum quo doli quicquam prodeesse possint: sicque fiet, ut semper aliqua parte sibi blandiatur. Taceo nunc malignitatem, qua maxima pars hominum ea demum cogitant, que omnibus ob futura essent, solummodo ne sibi quicquam desit. Ipsi, quicunque; tandem uel priscis uel istis temporibus scribimus de rebus diuinis, in ipso opere, quod alienissimum à gloriæ cupiditate esse decet, ab ea non abhorremus. Quotus enim quisque; est, qui oratione non sic instituat, ut omnibus probetur; non sic ornet, ut ab omnibus

oibus ad petatur: hactenus non dum peccatum est, sequitur quod uitium parit, nisi probe attendamus: sunt enim qui caritatis ardore sic omnibus bene cupiunt, ut quod pius rectum; esse sciunt, omnibus comunicatum uelint: sunt contra, qui hoc unum spectant, ut omnibus probet se tam eloquentes, tam sapientes, tam exercitos artifices, ut de rebus quibuscumque, possint Gorgiae in more optime dicere, optime omnia tractare: nemine enim esse arbitror, qui gloriae stimulos non sentiat, etiam illic, quem gloriam maxime docet esse contemnendam.

Quod apud Platonem frequenter est obuum, nam quotiescumque Socrate suum philosophatorem inducit, tot ambagibus, tanta uerborum pompa agit, ut plane illuc uidetur gloriae maxime studuisse, ubi Socratem summum gloriae contemptorem facit. Haec ex Gentilibus attulimus, ut si qua fieri queat, ijs etiam qui philosophiae ad dicti sunt, oculos recipient, quibus hominem cognoscere possint. Neque hic quisquam lessos putet pios homines quasi gentilium similes sint: nam non dubito fuisse, qui Syncro scripsierint consilio: sed hoc non erat hominis, sed Dei. Hominem enim si sibi permittas, omnia ad se referat.

Nos huc usque de homine diximus, qualis nam sit suopte Falsa Religionis ingenio. Unde et inter Theologos, cum facile inuicem ligatus, qui uerbum Dei non aliter tractent, quam negationem aliquam (uides enim, ut ea uictum sibi pareat) negari non potest, quin gloriae quoque studiosi sint. Utinamque

falsum dicam. Satis fuit autem hactenus, sufficienterq; probatum, quod homo sui amore omnia faciat, qui nisi mutetur, semper sic factorus est. Hinc & hoc genus hominum, quod etiā diuina propter se ipsum tractat, non intempestive inter eos adduximus, qui uelint nolunt, omnia uel compendij, uel gloriæ gratia faciunt: Cū ergo uideāt hac nota, quod ad gratiā loquuntur, bouemq; in lingua gestant, haud obscurum esse quales intus sine: iam oro nobiscū, id est, cum fidelibus confiteantur hominem esse undequaq; pessimum, omnia sui amore consulere ac facere.

DE RELIGIONE.

REDEVND VM nunc est ad religionē quā tantisper omisimus, donec de ijs, inter quos constat religio diceremus, quantum dominus dedit. De uoce autem dictū est satis, iam ad rem ipsam accedimus. Creauit hominem deus ad imaginē ac similitudinem suam, opibusq; uallauit, ac delicijs inenarrabilibus: sed stolidus uanis spebus ad extremam calamitatem se trahi passus est. Ad quam ut primū uenit, cœpit quiddam in se uidere quod displiceret. Sic enim scriptum est. Gen. 3. Et aperte sunt oculi amborū. Quid bone deus, an ne prius cœci erant? Minime, sed erat mens cum oculis turpium ignara, quandiu abstinentia ligni uita, iejuniumq; duraret.

raret. Nihil erat quod cōtristaret, nihil cuius pudēret: sed postquam fatale pomum comederūt, aperti sunt oculi eorum: erat enim de ligno sciendi bonū & malum decerpū. At, quid primū uiderunt, quod prius nō uidissent? num arcana aliqua quae prius ignorauerāt? nam eiusmodi quiddam polliceri uidebatur dæmon, ac miseri nimis un talium quid sperauerant. Vident ergo se esse nudos, fuerāt autem & anteā nudi, sed nuditas non existimabatur nuditas: peccatum non reputabatur priusquam ueniret lex-R.o.s. Sic nuditas non cognoscatur, priusquam sentiretur uestitus penuria: ea uero tum adfuit, qm̄ homo à creatore suo, omnis boni the sauro abiit. Ut uel hinc discamus mentem nostram ad quācunq; tandem creaturarum, ad quācunq; consilia, ad quāscunq; spes sese cōuertat, nihil quām erūnas, calamitates, ultimamq; miseriam (nam hæc est tandem nuditas ista, expositum esse malis omnibus, ac dei protectione destitui) inuenire: consolationem autem & requiem nullibi sibi esse, quām apud Deum repositas. Videmusq; si paulo proprius introspiciamus, hanc nobis cognatam esse stulticiam, ut res incertas & arduas temere ordiamur, finem parum cordate considerantes: is uero cum tandem aduenerit, iam nostro malo uidentes reddamur, sed sic, ut nihil uideamus quam mala, in quæ nos nostra audacia precipitauimus. Estq; humana mens ad nouandū semper inclinatior: quāuis

Peculiaris
stulticia.

Epimetheos plures inueniamus quam Prometheos, hoc est, quod post factū prudentes omnes sumus.

Docemur iuxta hæc quod Adami nuditas nihil aliud quam culpam peccatiq; mortem de qua plura superius significat. Nam quis crederet Adamum tam stupidū fuisse, ut colligere nequiverit, quid, quod nudus es? ipse te Deus nudum creauit, nudum aspiciat: sed fuit sceleris conscientia, propter quam in conspectum Dei uenire pudebat. Quod si Adam quicquam sibi superesse sperauisset: quo gratiam e blandiri posset, non se in latibula receperisset: sed causam suam sic deiecit, ut uidit, ut nec ad preces legatur esse conuersus. Extrema igitur se passum sua conscientia cum præsumeret, abdidit, nuditatemq; aufugio cunctationiq; prætexuit. Quid ergo ex omnibus istis aliud colligemus, quam sic deploratam esse conclamatamq; hominius causam, ut coram Deo adparere sic non audeat, ut etiam ab eo fugiat, uocantem formidet, sub conspectum uenire de bonitas. trecentes. Sed simul docemur dei benignitatem, qui proditorio animo ad aliena castra descendentem, non supplicem, sed perniciter aduc fugientem, uestemq; mutantem, in gratiam recipit. Vocat, increpat, quatenus que eius iusticia ferre potest, conditionem optimam in eruminosam conuerit. Quid enim Adam aliud, quam internitionem excidiumq; meruerat? sed consuit quoad licuit audax eius facinus Deus, ut iam inde ab exordio

ab exordio præluderet, quid aliquando toti Adami posteritati præstitus esset, qui feruente aduc recens per Petrati facinoris iusta ira, benignius quam culpa mereatur iudicavit. Atq; priusquam hinc recedamus, hoc Theologis quibusdam considerandum relinquere uolumus. Oro, ut saltem per coniecturam, quibus ferè utimini, ijsq; nonunquā ab omni ratiōe alienis, ad hoc respondeatis: Num uideatur Adam suopte aliquando motu ad petendum gratiam fuisse redditurus? Cogemini profecto confiteri, quod qui fugam ac latebras sic spētabat, ut protrahi uix posset, nulla coniectura uideri redditum esse, nisi fugituum dominus asscutus esset. Cur igitur nō multis agnoscere, quod fides adquisita, de qua tot tantaq; loquimini, commentū sit (nemo enim uenit ad Christum, Io. 6. nisi pater traxerit eum) & quod non est uolētis neq; currentis, sed misericordis Dei: quoniam uideatis cōmūnem parentem, cuius peccatū & mors in nos dimanauit sic abhorruisse à Deo, ut stultitiam, quæ latēre posse dictabat, sequutus, sese abstruderet, non desertionis crimē obprobrari cogeretur audire. Quid uero multis opus est: relinquat Deus Adamum, nunquā redibit ad eum à quo auſugit: relinquat hominem, num quam eum queret, à quo creatus est. Quisq; enim sibi Deus est, id quod ipso cultu manifestum fit. Quis enim est, qui se nō colat, ac aliqua in re summas sibi tribuat?

Rationem autem omnium tum factorum tum consilio-
rum Dei, ab ipso non exigat? Quod quid est aliud, q
supra Deum se extollere; deq; illius operibus censurā
agere? Longius prouecti sumus, sed ea causa, ut mani-
festum fiat, quām longe homo à Deo recedat, nisi is à
quo fugimus, cursum sistat. Quamq; lōge absint Theo-
logi isti à uero tramite, qum de fide adquisita, & arbi-
trij libertate frigidius etiam quām Ethnici differunt.

Hic ergo Religionem originem sumpfisse luce cla-
rius uidemus, ubi Deus hominem fugituum ad se re-
uocauit, qui alioqui perpetuus desertor futurus erat: ut
debat enim nuditatem, hoc est culpam suam, talem ac-
tantam, ut reditionem in gratiam desperaret: sed cle-
mentior Deus fug & obstinationem, attonitumq; animū
misertus, non aliter quām pius pater, qui filij siue stu-
titiam siue audaciam odio quidem habet, sed odio filiū
habere nequit: perditum ac desperatum blande uocat,
quoq; in statu res sint interrogat: Adam, Vbi es. ò mi-
ram inedibilem q; cœlestis patris suavitatem. Rogat
ubi sit: qui nisi omnia locaret, ubi sunt, nusquam essent:
Sed propter infeliciem hominem interrogat: quo ei cul-
pam suam apertius obprobraret: is enī ignorabat ubi
nam esset. Videbat enim pauens conscientia actum es-
se de patria, tamq; beatis laribus: uidebat nimis uera
esse domini sui uerba: In quocunque die ederis, morte
morieris: sentiebat enim ut tremeret cor, ut uariaret
mens in

mens in multa consilia, sed omnia inauspicata ac pro-
 ditoria distracta, mortemq; fatalem simul ad omne mo-
 mentum adesse formidabat. Rogat ergo pater cœlestis
 ubi nam sit, ut perpetuò memor esset homo, quo in lo-
 co, in quo rerū statu se mitis uocasset Deus. Hinc in=
 Quam religio uel potius pietas (hanc enim inter paren-
 tes & liberos, interq; Deum & hominem statuit) in
 cunabula coepit. Videbat infelix homo nihil quam irā
 se commeruisse: desperat igitur & à Deo fugit. Nam er-
 ga impium filium parentis pietatem uide, accurrit, cō-
 tumacemq; inter temeraria consilia opprimit: quod
 quid est aliud, quam pietas erga filium? Oritur ergo
 pietas à Deo usq; ad hodiernum diem, sed in nostrum
 usum: quid enim desuturum Deo fuisse putabimus, etiā
 si Adam subito fatali morte concidisset? Est autem tūc
 absolute pietas, quoniam nos ad uocatēm à nobis nostrisq;
 consilijs cōuertimur. o enim infelicem parentem(hu=
 manum dico) qui constanti benignitate filium prose-
 quitur, constantius renitentem ac resilientem, frustra
 enim pius est in filium: sed ea calamitas in deum recide-
 re nequit, quem enim ille uocat, uelit nolit respondere
 cogitur. Probat hoc Adam præuaricator, David adul-
 ter & homicida, & Paulus persecutor. Pietatis ergo, si
 ue religio hæc est. Exponit Deus hominem sibi, ut in=
 obedientiā, proditionem, ac miseriā suā non mi-
 nus agnoscat, quam Adam: quo sit, ut de se penitus de=

Pietatis
fontes.

50 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

speret: sed simul exponit liberalitatis suæ finis et amplitudinē, ut qui iam apud se desperauerat, uideat si bi superesse gratiam apud creatorē parentemq; suum tam certam ac paratam, ut ab eo, in cuius gratiam nō titur, auelli nulla ratione possit. Ea igitur adhesio, qua deo, utpote solo bono, quod solum crūnas nostras sarcire, mala omnia auertere aut in gloriam suam, suorūq; usum conuertere scit et potest, incōcussa fudit, eoq; parentis loco uitetur, pietas est, religio est. Ut enim, qui sic animati sunt, Deo tanquam parente utuntur: ita è diuerso sollicite ac sine intermissione relegunt, tractant, et considerāt, quibus ei rationibus placeant, quibus demereantur. Pietas ergo illic certò esse cognoscitur, ubi studium est iuxta uoluntatem dei uiuendi: nā istuc absoluta quoq; pietas inter parentes ac liberos requirit, ut filius æque studeat patri obsequi ac pater prodesse. Iterum, Germana pietas istic solummodo nascitur, ubi homo non modo deesse sibi multa putat, sed adesse penitus nihil, uidet quo placere Deo possit: contra uero creatori patriq; suo, sic omnia exuberare, ut nemo quicquam apud illum desiderare possit: liberalitatem uero ac erga hominum Genus amorem tantū, ut nihil cuiquam negari possit. Quod sic testimonijs scripturæ firmari potest, ut omnis doctrina tam uetus quam nova, omnes pīj, aliud nihil canant, quam nobis nihil adesse, Deo nihil deesse, ab illo nihil negari. Apud dominum

dominum enim misericordia & illa uehemeter copio= sa. Apud eum fons uitæ. Eius est terra, & quicquid il= lan implet. Eius est salus, eaq; adeo parata, ut benedi= cionem, id est, liberalitatem, benignitatemq; suam ul= tro super populum suum ostendat.

Ex his facile colligi potest, quid porrò uera religio requirat, ac è diuerso facilius deprehendi, quid sit fal= sa religio. Vera religio, uel pietas, hæc est, que uni so= liq; Deo heret. Qui ergo pijs sunt unum dominū suum audiunt, qui eos à carne sic auulxit, ac sibi aliuxit, ut eius unius uocē audire cupiat: & cū flagrance amore anima Cant. 2. clament: Sonet vox tua in auribus meis,
 Et: Quām dulcia fauicibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Psal. 118. Requirit ergo uera pietas, ut ab ore domini pendeat, nullius, præter sponsi sui uerbum, uel audiat, uel recipiat. Quām fidem dominus, ut nobis pro= be ob oculos poneret, crebro in scripturis connubio fi= deli comparat, & tanquam sedulus maritus ab adul= terio deterret ac scortatione: hoc unum prorsus in= tendens, quod sicut in matrimonio fides præ omni= bus exigitur (imò matrimonium nihil aliud est, quām data accepta que fides) ita pietas non sit pie= tas, nisi toto pectore domino anime sposo fidas, in eum solum oculos figas, aurem, preter ipsum, peni= tuis nulli accommodes. Ac propterea iubet, Num. 15 per quatuor palliorum angulos fila hiacynthina inseri,

Matrimo= nium.

que cum uiderint, inquiens, recordentur omnium māt-
datorum domini, ne sequantur cogitationes suas, &
oculos per res uarias fornicantes. Et cæt. Sancte uero
iactat se Paulus. 2. Cor. 11. Corinthios ueluti castam illi-
batāq; virginem soli Christo adiunxit esse: nimis ut so-
lum audirent, solum mirarentur, solum amarent, solū
sequerentur. Et Ephe. 5. Mysterium connubij magnum
esse adserit, Christi enim, & Ecclesiæ coniunctionem
portendere. Quibus omnibus nihil aliud quām proba-
tum uolumus, quod uera pietas talem in Deum fidem,
& integratatem requirat, qualis in matrimonio requi-
ritur: talem autem dico per comparationē nō æquipa-
rationem. At in matrimonio fidem non est, que alium au-
dit, alium sequitur, alijs obtemperat. Sic & uere pia nō
est anima, que alium quām Deum audit, alium quām
ipsum spōsum suum sequitur. Constat igitur eos modo
uere pios esse, qui ab unius Dei pendent oraculis. Id au-
tem quām necessarium sit ad ueram pietatē, ipsius do-
mini uerbis patebit.

Deut. 4. sic inquit Deus: Nunc Israël audi præcepta
& iudicia que ego doceo te, ut facies eas, uiuas: & in-
grediens, possideas terram, quam dominus Deus patrū
uestrorum daturus est uobis. Non addetis ad uerbum,
quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. Custodite man-
data domini Dei uestri, que ego præcipio uobis. Et Deu-
terono. 12. sic: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito
domino,

domino, nec addas quicquam, nec minuas. Requirit ergo siue fides siue pietas primum, ut a Deo discamus quoniam pacto ei placere possumus, quibus modis seruire. Deinde requirit, ut ijs que ab ipso didicimus, nihil addamus, nihil adimamus. Qui enim addunt, Deum insipientiae arguunt, seq; supra Deum ponunt: quasi ista quae ipse parum considerate promulgauerit, sua prudentia restituere ualeant, callidi scilicet. Qui uero adimunt, crudelem Deum faciunt, quasi per impotentiam precepit, quae isti sua humanitate mansuetudineque lenire sciant. Gravis est hic locus, nam quicquid ad ueram falsamque religionem adtinet, ex eo pendet: sed quantumcunque gravis est, satis superque simul roboris habet ad ueram religionem adserendam, falsamque profligandam. Verbum enim domini manet in eternum. Isai. 40. Unde facilius est ccelum et terram perire aut transire, quam unum apicem de uerbo domini, Luce. 16. Tota moles mundi et creaturarum omnium, infinita turbam unum apicem e uerbis domini tollere aut mutare nequit: id est, rem prorsus nullam. Apicem enim facile quisque inuerterit, aut sustulerit, sed nihil quod per apicem significatur, nihil quod uerbis dominicis intelligimus, sic excidet, ut non fiat. Verbum ergo domini, qui fideles sunt, sic amplectuntur, ut naufragi tabulas: quid enim est, quo conscientia se consolari queat, quam unicuius Dei uerbo? Viuit enim homo in omni uerbo, quod

54 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

de ore Dei procedit. Deutero. 6. Matth. 4. Sed qui homo? Fidelis. Quid enim commercij incredulo cum uerbo Dei? Cui stulticia est cœlestis sapientia, qui te si Deo fidat exibilat. Pius ergo solus est, quem uerbū Dei alit, reficit, confortat. E diuerso uero sequitur quod pius nullo alio uerbo pasci potest quam diuino: sicut enim Deo solo fudit, ita eius solius uerbo certus redditur: et sicut solo Dei uerbo certus redditur, ita nullius uerbū quam Dei recipit. Quibus iterum non modo ex scriptura, sed etiam ex ipsius fidei natura manifestum sit, quod nullius creaturæ uerbo pro uerbo Dei recipi potest: quia in creaturæ uerbo non redditur quieta pacataq; conscientia. Nihil ergo de nostro addendum est Dei uerbo, nihil de illius uerbo nostratemeritate adimendum. Quod autem hic aliquis obiecere posset: Tamen multi requiem inuenierunt etiam in hominis uerbo, immo etiamnum inueniunt: nam hodie multorum conscientie certo persuadent sibi salutem adsequendas esse, si Roman. Pontifex absoluat, indulget, cœlo adscribat: si Nonnæ et Monachi pro eis preces numerent, missas, horas, aliaq; pro eis faciant. Cui obiectiom sic respondemus, Istos omnes esse aut stupidos, aut hypocritas: stulticia enim fieri oportet et ignoratione, ut aliquis se putet esse quod non est. Qui ergo se pium hinc metitur, quod Rom. Pontificis commentis fidem habeat, nihil quod Dei est gustauit, nec primis labijs expertus est

quam

quām suavis sit dominus, neque quām beatus sit qui illo fudit. Quod si stultus aut ignarus non est, hypocritos notam effugere nequit. Sunt enim haud parum multi, qui Romanum Pontificem, & frigidas ceremonias hac gratia magni pendunt, quod uideant aliquā parte sibi nō nihil decessurū, si eius regno aliquid detractum erit: sicq; catuli, quod aduc remotum est, mature cauent. Stat sententia, Piam mentem in nullo uero quām Dei quiescere, nullius quām Dei recipere posse: quod sic est omnium piorum ad stipulationibus unanimiter conclamat, ut testimonijs nullis sit opus, præter hoc unum, & breue, & clarum: Renuit consolacionem accipere anima mea: memor sui Dei, & delectatus sum. Psal. 76. Nusquam inuenierat spem Prophetæ conscientia, nusquam requiem. Sed postea quam Dei memoriam repetebat, iam aderat quies & delectatio.

Sed iam ad noui Testamenti properabimus testimonia, quibus probemus religiosum esse uerbis Dei quicquam addere, aut quicquam adimere. Vnde iterum manifestum fiat pietatem incontaminatam esse, quæ unis ac solis uerbis Dei nütitur. Matth. 15. adducit Christus Isaie. 29. testimonium, ut ferè assolet: etiam si nominatim varius, que ad Iudeos efulminat, ex ueteri Testamento petere: Frustra colunt me, docentes doctrinas &

præcepta hominum. Si ergo is cultus, ea pietas, aut religio uana est, quæ ex humana inuentione aut lege proficiuntur, solida nimurum è diuerso, ueraq; est religio, quæ iuxta solius Dei uerbum dirigitur, quæ unum hoc spectat & audit. Io. 8. Sic docet Christus: Qui ex Deo est, uerba Dei audit: propterea uos nō auditis, qd ex Deo nō estis. Constat ergo qd' qui ex Deo nati sunt, eius uerbum audiunt: & cōtra, qui non audiūt ex deo nati non sunt: qui uero ex Deo nati sunt, non ex uolūtate uiri. Io. 1. sic nati sunt: hoc est, non suo cōsilio aut electione Deū sibi cōstituerunt, qui uere Deus est, sed eius uī, quo iam fidūt, factū est, ut se dei filios esse agnoscant: inquit .n. Nō ex uolūtate carnis, neq; ex uolūtate uiri, sed ex Deo nati sunt: qui ergo ex Deo nati sunt, eius solius uerbū audiūt, ex quo nati sunt. Hoc .n. est dis crimē inter filios dei & filios carnis, quod qui dei filij sunt, quæ dei sunt sapiunt uel cogitant: qui carnis filij sunt, carnalia cogitant. Ro. 8. Porrò, quicquid ex ore Dei nō est profectū, à filijs Dei nō recipitur: inhabitās enim in eis spiritus, omnia prodit dictatq; carnis ne sint quæ audiunt, an spiritus. Vnde postea fit, ut spirituālis omnia iudicet, omnia cognoscat. 1. Cor. 2. ipse uero à nemine iudicetur: non enim caro aut sanguis est, qui iudicat, sed spiritus: loquimur enim de eis solūmodo qui Christi sunt, qui & spiritum eius habent. Rom. 8. Qui ergo Christi spiritum habent, suum, hoc est, carnis & sanguinis

Sanguinis ac uiri non habent. Qui uero Christi spiritum habent, nullius quam Dei uerbum recipiunt: nam Christus ipse Deus, nullius uerbum recipere aut tollere potest, quam suum: non enim potest homo Deo esse in deum, sed homini Deus: nisi sit Deus, nihil est homo, quam belua. Qui ergo hominis uerbū accipit carnis accipit, beluaeque uerbum: horribile igitur est ei qui Christi est, ullū præter dei uerbum accipere. Eandem sententiam, sed laepida pastoris ouiumque parabola amictam. Io. 10. dicit: Oves, inquiens, pastorem proprium sequuntur, quia nouerunt uocem eius. alienum autem non sequuntur, sed aufugiunt ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum. Oves Dei, ueri aeternique pastoris et Episcopi sui. 1. Petr. 2. uocem sequuntur, sciunt enim quae qualisque sit uox eius: alienum autem, non audiunt, nec sequuntur, quia non nouerunt uocem alienorum. Dices autem, quomodo uero aufugiunt ab alienis, si non nouerunt uocē alienorū? nam si non norunt, facile alienum pro uero pastore sequentur. Respondemus: Non norūt, non dignantur, non amplectuntur uocem alienorū. Sic n. dominus alicubi perhibet se nescire quosdam, quē tamē nihil latere potest. Verū nescire dixit pro dignari, auersari, cōtemnere. Sic et hoc loci pīarū ouīū est solā pastoris uocem cognoscere, id est, amplecti dignari, sequi, omnēque alienā fugere, detestari, abiūscere. Idem docet Io. 15. sicut palmes non potest ferre fructū

à semetipso, nisi manferit in uite: sic nec uos, nisi in me
 māseritis. Nihil igitur uel rectum uel Deo dignum nun
 quam ordiemur, nisi in uite, hoc est Deo simus: hinc
 enim succū roburq; nisi hauserimus, arescēmus, & in
 ignem mittēmus. At in Deo non manet, qui ex seipso
 succum trahit, ex quo fructū prodat. Quæ enim ex no
 bis sunt, carnalia sunt: quæ autē carnalia nostratiq;
 sunt, Deo inimica sunt. Roma. 8. In Deo ergo solo ma
 net uere pia mens, eius uerbum unice audit, eo solo fi
 dit. Accedit quod solus Deus bonus est, ut supra in con
 sideratione ipsius patuit. Ergo non aliunde bonum pe
 tendum, imò nec sperandū est, quām à solo Deo. Nos. n.
 tam alieni sumus ab omni bono, ut Christus, si ad uitā
 ingredi uelimus, edicat, ut ab negemus nosipso: hoc au
 tem nō uni & alteri dictū est, sed in uniuersum singula
 timq; omnibus. Nihil ergo recti boni q; alicunde, quām à
 Deo sperandū est. Solus ergo audiēdus, à quo solo quic
 quid usq; est boni, proficiscitur. Exēplo eadem res patet
 Adam. n. ut ad exordia nostra redeamus, quām primū
 ipse scire uolebat, iam de illo repente actum est. Quod
 si animū ad ea sola, quæ dominus præceperat, adueris
 set, nec sua secutus esset cōsilia, non iam irata haberet
 omnia homo. Eius igitur exemplo Sole clarius uidemus
 uere pium hominem sic abhorre debere à suis consi
 lijs, ut à certa præsentiq; pernicie. Solus ergo Deus au
 diendus, illi soli gloria tribuenda à pijs omnibus. Non
 enim

enim debet sapiens etiam in sapientia sua gloriari. Hie remans. sed si quid rectum deoq; dignum nostra sapientia efficeretur, certe nō immerito gloriari licēret: nunc autem, qum uetus Deus gloriari, qui iniquus non est, nihil profecto pendenda est omnis humana sapientia: solo ergo Deo eiusq; uerbo nitendum.

Est igitur, ut ab initio huius questionis dictum est, obuium, falsam religionem à uera discernere. Falsa religio siue pietas est, ubi alio fiditur quām Deo. Qui ergo quacunq; tandem creatura fidunt, uere pij nō sunt. Impij sunt, qui hominis uerbum tanquam Dei amplectuntur. Furor igitur est, & extrema impietas quorundam, siue hominum siue Conciliorum placita & decreta uerbo Dei æquare. Nam si eorū sententiæ uerbi Dei sunt similes, uerbum amplectendum est, non hominum autoritas: si dissimiles, abiiciendæ sunt, ac fugiendæ haud aliter, quām filijs Israël Moabitidum reliquarūq; Gentilium sc̄minarum cōnubia. Quod aut de Ecclesia hic obijci posset, qd' ea sit audiēda, postea tractabimus.

De Religione Christiana.

Habet hæc etas ut eruditos multos, qui passim uelut ex equo Troiano proſiliunt, ita multo plures, qui se omnium censores faciunt: ac dum per impietatem, renascens uerbum accipere nolunt, pietatem tamen simulant, falsis cōficiisq; sufficiōibus piorū aures implent.

60 DE VERA ET FALSA RELIGIONE.

Alij enim, dum strenue docemus, ut omnis fiducia in Deum, patrem nostrum sit habenda, procaci suspicio ne profiliunt: Cauendum esse à nobis, omnem enim doctrinam nostram ad hoc tendere, ut Christum exterminemus, & Iudeorum more, ut unum Deum credimus, sic unam solummodo personam omnes credere inducamus. Alij uero, dum propensius omnia Christo tribuimus, uereri se dicunt, ne nimis temere nimium ei tribuamus. Vtriq; tamen sic pronunciant, ut ipso iudicio uidetis eos esse uel audacter ignaros, uel scienter impios. Aut enim sic sunt patris, & filij, & spiritus sancti ignari, ut quantum ad essentiam, substantiam, deitatem, potentiam adtinet, quod tu de uno dixeris, ac de omnibus tribus intellegas, ipsi hoc ignorent: simulq; accedat audacia ad insciciam, ut quod uehementer ignorent, uehementius in iustificationem rapiant. Aut sic sunt uolentes & scientes impij, ut quod recte pieq; fieri uident, peruersae mentis prauitate oppugnant: cumq; aperto marte se quicquam efficere desperent, cuniculis istis rem adgrediantur: uereri se interim ne in patrem, interim uero ne in filium simus propensiores. Quibus omnibus id est, scilicet κλοη&p; dicimus. Nos enim sic Deum agnoscendum, amplectendumq; docemus, ut siue patrem eum nomines, siue filium, siue spiritum sanctum, perpetuo tandem eum intellegas qui solus bonus, iustus, sanctus, benignus reliquaq; omnia est. Contra cum filio omnia tribuimus, ei tribuimus,

ei tribuimus, qui id est quod pater, quod spiritus sanctus: cuius regnum est, cuius potentia eodem iure quo patris, & spiritus sancti: ipse enim hoc ipsum est, quod pater, quod spiritus sanctus, seruato nihilominus notionem, ut vocant, discrimine. Quod igitur amuli hic dicuntur sunt, nos hactenus de pietate sic disseruisse, ut salutis per Christum, gratiaeque nihil meminerimus, frustra cornicabuntur: primum, quod omnia non sumul neque eodem loco dici possunt: deinde, quod quicquid de anima Dei, & conubio diximus, sic de Christo quoque dictum est, quomodo de Deo: Christus enim Deus & homo est. Postremo, quod Dei cognitio natura sua Christi cognitionem antecedit. Sicut gratia tum recte cognoscitur, quam culpa per legem est effecta, ut Paulus Rom. 7. loquitur: id est cum culpa per legem expensa, cognita est: sic & Christus, qui est gratiae pignus, immo qui est ipsa gratia, tunc recte & docetur, & cognoscitur, cum culpa perspecta didicimus, ipsa intercedente, nobis uiam in coelum ascendendi occlusam esse. Sicut enim medicum non suspicit, qui est integrum ualetidine, contra uero, dei loco habet, qui est desperata: sic Christus satis gratus non est, aegris uero θεός ἀπὸ μηχανῆς, id est insperata, sed diuinitus missa salus. Quod ipse testatus est: Non habent, inquiens, opus medico, qui recte, sed qui sinistre ualent, Luc. 5. Et: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad uitæ pristinæ immutatio-

nem. Ut ergo Christum recte agnoscamus, opus erit, ut nos ipsos recte cognoscamus: Christum enim non recipiunt, qui se iustos putant, ut iam ex eius uerbis clare patuit: & medici operam non requirit, qui aegritus dinem non sentit.

Est ergo Christus certitudo & pignus gratiae Dei. Quod hac ratione patebit. Diximus antea in consideratione hominis, sic eius conditionē esse deploratam, ut mortuus sit, peccati mancipium: ac prorsus eius naturae, ut nullius tam sit studiosus, quam sui. Hoc enim ei sic accidit, quem à bono se auertit, ad se autem conuersus est: scimus enim quod in nobis bonum non est. Roma. 7. Ex quibus deinde perpetua desperatio ad Deum ueniendi nata est: qui enim quotidianis malis sentiebat se morti corporali obnoxium, & conscientie paurore à Deo sic alienum, ut in eius conspectum uenire causaretur, quomodo speraret se inter superos referri unquam posse: sed melior Deus, qui opus suum misertus, consilium cœpit, quo tam grauem casum reuocaret. Cumq; ipsius iusticiam, utpote sacrosanctam, non minus illibatam inconcussamq; manere oporteat, quam misericordiam: essetq; homo misericordiae quidem indignus, sed iusticie Dei totus obnoxius, inuenit diuina bonitas quo iusticie quidem satisficeret: misericordiae uero finis absq; iusticie detimento liberaliter pandere licet, non quo sibi hacten ab aduersario

aduersario caueret, aut figulo non liceat è consperso
luto, facere uel refingere qualēcūq; uelit testā: sed quo
per hoc iusticiæ exemplū, oscitaniam & torporem à
nobis tolleret, ac se qualis nam esset, iustus, bonus, misé-
ricors nobis exponeret: aut, ne nimium de eius consilijs
loqui præsumamus, quia sic illi placuit. Iustus enim est
dominus, & rectum iudicium eius. Psal. 118. Contra ue-
ro patiēs & misericors, suavis uniuersis, & miseratio-
nes eius excellūt oīa opera eius psal. 144. Misericordiā
n. & iudicū canit ei David psal. 100. Ipse n. persequi-
tur iniquitatē patrū in filijs usq; in quartā generationē
odientiū se: & misericordiā facit in millia milliū colen-
tiū se. Exo. 20. Quid ergo Deus iuxta sit iustus & misé-
ricors, tametsi ad misericordiā propēdeat (excellūt enī
eius miserationes reliqua opera omnia) iusticiæ tñ eius
omnino satisficeri, ut iratus placetur oportet. Quod er-
go iusticie Dei satisficeri oporteat, recte docuere Theo-
logi, et iā neoterici: nā si uis ad uitā ingredi, serua man-
data. Mat. 19. Verū quo pacto satisfaciet iusticiæ Dei ho-
mo? Illa tā est pura, alta, & ab omni labe tā aliena: &
cōtrahic n̄ s̄t r̄tā nihil aliud q̄ peccatū et macula, ut ne
mo se ad eā uenire mēsurā sperare audeat, que iusticie
diuinæ satisfacere possit. Quis .n. ea puritate polleat,
quā David ascendere in mōtē sanctū domini perhibet
Psal. 14. sic quærens: Domine quis habitabit in taber-
naculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Et nunc sibi ipsi respondens: Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam. Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui nō egit dolū in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & obprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in cōspectu eius malignus: timētes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo suo, & nō decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem nō accepit, qui facit hæc non conuouebitur in eternum. Quis queso ea puritate nitat, ut sine macula incedat; & quod iustum est operetur, qum ipsi nihil quam peccatum macula & caro simus? aut quis mortalium tam simplex, ut eius neq; cor, neq; lingua dolum unq; egerit? quis proximū malo nullo adfecit, aut ab alijs impune adfici non est passus? Cui nam mali semper despectui, & boni in precio sunt habiti? Quem non contaminauit usura, periurium, ac munus super innoxio acceptum? Quis haec audiens, non contremiscat, non desperet, non fugam adornet? At Deus tam est purus & acer ignis, ut si quis dictis morbis affectus sit, in cōspectu eius consistere nequeat. quò Isaias etiam. 33. respexit: Quis de uobis, inquiens poterit habitare cum igne deuorante; aut quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis? Nunc, quemadmodum David, respondet. Qui ambulat in iusticijs, & loquitur ueritatem: qui proiicit auariciam ex calumnia, & excutit manus

manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas,
ne audiat sanguinem: & claudit oculos suos, ne videat
malum, iste in excelsis habitabit. &c. Qum ergo tan-
tam integratatem innocentiamque requirat hic ignis,
ne quid scilicet humectum aut terrenū adsit, quod cre-
pitū & fragore ei aculatum oporteat, quis est, si saltē
se quisquam ulla parte agnoscit, qui animum ad Dei
contubernium tollere audeat? Vnde manifestum sit,
quod ubi cūq; in scripturis in cœlum uia docetur, nos
in desperationem detruidi: quis enim uitam in hac tam
polluta uia sic transfigat, ut tanti luminis tum cohabita-
tione, tum fruitione, suo etiam iudicio se dignum du-
cere possit? præsertim cum omnes declinauerimus, si-
mul inutiles reddit simus, sic ut ne unus quidem ex no-
bis bonum faciat: Cum sit omnis homo mendax: cum si-
mus omnes hypocrite: cum peccauerimus omnes, &
gloria Dei destituti simus?

Sed quandoquidem adeo potens malum est hypocri-
sis, ut se, non secus quam stulti quidam laborantes, qui
morbum dissimulant, ab omni suspitione, tametsi fru-
stra, liberare audeat, ac negare: opus est, ut ad morem
peritorū medicorū, qui per uarias circūstantias & ac-
cidentia ueritatem extorquēt, nos quoq; eisdem ratio-
nibus hominem sic percūtemur ac experiamur, donec
cœlandi audaciā in cōfitendi ingenuū pudorē cōuerta-
vus. Nam & callidi quida ægrotates, ut medici peritiā

exploreant, negat morbi Genus, donec medicus eadem
ipso teneri aegritudine pronunciet, quam ipsi domi sen-
tiunt. Tunc enim securius se ei credunt, certò persuasi
quod dum morbum probe norit, medelam non ignoret.
Veritatemque quos contumax hypocrisis detinet, per-
suaderi nunquam possunt quamvis diserta oratione,
ut quod intus uel geritur, uel sentitur confiteantur: sed iusta-
mē quanto procacius negat, tanto certius a spiritualibus
medicis cognoscuntur: spiritualis enim omnia iudicat. Ad
hoc enim, ut ea confiteatur, que spiritualis medicina re-
gulis deprehenduntur, alio quam homine quantu[m] ex-
perto opus est. Homo enim uidet in facie, Deus autem solus
in corde. Qui nisi pudore humanae metu incutiat, quo
negare desinat, cuius sibi conscientia est, sicque humiliet, ut
gloriae studiu[m] agnoscat, nūquam se confitebitur tale esse
qualis uere est. Nemo etenim in se tentat, descendere ne
mo. Huc ergo iterum uenitur, quod homo ad sui cognitionis
nec sic Deo eget, ut ad illius ipsius agnitionem. Nemo enim
nouit quid sit in homine, nisi spiritus hominis qui est
in ipso, ut supra patuit. Sed iam ad experimenta uertimur,
quibus homini extorqueatur, ut eadem in se agno-
scat, quae nos in eo esse adferimus. Quero ergo primum,
o iuste ex operibus tuis: Eleemosyna bonum opus est nec
ne? Iustus: Est. Quacumque tandem ratione modoque detur: Iu-
stus, minime, sed cum homo facit, quod in se est (sic enim
loquuntur isti) Dic sodes quid intellegis per hoc, quod in
se est,

Se est? Iustus: Pro suis uiribus Respondeo, nos hac ratio
 ne petituros esse principiū, nā quantulūcūq; detur, &
 quacūq; gratia, semper facit homo, quod in se est, &
 semper facit pro uirili. Ergo omnis eleemosyna erit bo
 nū opus, quod nos iustificabit. Iustus: Erit. Nū si dem, ut
 uidear ab hominibus? Iustus: Non dico. Quid ergo? Iu
 stus: Non cōtendā. Ecce tibi hoc, quod in se est. Tale fig
 mentū, hoc est, quod Christū ociosum prorsus reddit.
 Quilibet enim operibus hoc modo pro uiribus suis fa
 cit iustificari posset, quilibet enim facere potest quod
 in se est, etiam si per quam pusillū in multis sit recte fa
 ctorū. Verū tamē ad rem ipsam redeo. Eleemosynæ tot
 mala possunt accidere, quæ ipsam uitient, quot uineis
 morbi, qui eas perdunt, accidūt. Primo, si non detur in
 nomine dei. Qui ergo in eū usum solummodo dāt, ut se ab
 inferorū poenis redimant, in suo, non in Christi nomi
 ne dant. Deinde si tali pōpa dant, ut gloriā apud homi
 nes sibi parēt, mercedē iam receperūt Mat. 6. Postea si
 dāt tristes, pigetq; dare, ac nisi calūrias metuerēt, nihil
 darēt, eleemosynā uitiant: hilarem enim datorē diligit
 Deus. 2. Cor. 9. Si non dant ea mensura, qua sibi dū egē
 rent dari uellent, nō recte dant: omnia enim quæ uil
 tis ut faciat uobis homines, uos eadem facite illis. Mat.
 7. Si contemptim aut neglectim dant. Maledictus enim
 qui facit opus domini negligenter, Hier. 48. Si miseria
 et calamitate accipientis uicti dant, nō ex dei pximiq;

dilectione. Qui enim habet substantiam huius mundi,
 & uidet fratre suum egere, scimus quoniam caritas Dei
 in eo non est. I. Ioan. 3. Breuiter tot imminent uitia huic
 tam indubitate operi, ut neminem sperandum sit, id ipsum
 digne posse efficere. Quis enim non sic dat, ut potiora
 sibi seruet; quis non dat, ut aut uideatur dedisse, aut no
 uideatur non dedisse? &c. Quo igitur pacto iusticie Dei
 satisfaciemus, si tam pium opus sic a nullis fit, ut merce
 de dignum estimari possit ab aequo pioque iudice? Sic o
 mnia que facimus, percurre, & non minora, immo maio
 ra uidebis in quedam incidere uitia. Oramus multi, ut ui
 deamur orare, sicut hypocritae faciunt, Mat. 6. Oramus
 ut dominus duitias det, ut delitias, uxore bene dotata, ut
 honores, imperia, regna, immo ut sancti omnibus, ac di
 etiam habeamur: ac prorsus ignoramus quid oremus,
 Roma. 8. Ieiunamus eodem modo, uel quod preddice
 tur persimonia nostra, uel macies & pallor sanctimo
 niam portendant, uel ut ieiunantibus bellaria delicia
 tiq; cibi comportentur, uel ut aquiliculum impudentius
 in publicum prodeuntem, intra ueterem diploidem re
 uocemus: uel, ut sunt nonnulli Chremilis & Euclionibus
 sordidiores, ut penui parcatur: uel ut ieiunium, quod in
 cum solummodo usum fieri debet, ut carni detrahentes,
 spiritus uocem & imperium melius audiamus, pro ope
 re bono aestimemus. Sic inquam omnia ad nos ipsos ref
 erimus, non ad eum, cuius toti sumus, & in quo sumus.
 Quibus

Quibus ergo litationibus aut sacris iustificari poterimus, quum in ipsis operibus nostris sic iacemus; sic frigemus; sic distrahimur? atque hoc tam aperte acuere, ut quotquot fideles sunt, haud aliter, quam diximus, fieri intra seipso sentiant. Vident enim morbum hoc modo ab ipso mortis huius autore Adā ad nos defluxisse: neq; solum uident in uerbo, sed domi uere sentiunt.

Hic inquam aberrarunt à recta Theologi, ut paulo ante coeparamus dicere: quum enim iusticiam Dei exacte, ut putabant, expenderent, coacti sunt intelligere satisfieri ei oportere, & in satisfactione nō exacte æstū mauerūt opera vulgi, quamvis sua magno uēdiderint: non n. hominē undiq; recte nouerunt, quomodo uidelicet nihil quam impuritas quedam est, contaminatio & confusio, sic ut ea etiam quæ purius discat, impure exprimat: nam etiam dum per spiritum cœlestem hūc uenit, ut ijs cōdelectetur quæ lex iubet, tantopere tamē resilit caro, ut rectū nihil efficiamus, Rom. 7. Vnde quum iusticia Dei tam illibata tamq; sancta sit, ut ad eā deme rendam nostra impuritas nihil possit, desperare nolue Theologi runt discere (desperare uero dico de nobis ipsis, nō de nolunt de misericordia Dei) quod itidem ab existimatiōe sui profē homine de cū est uitium: difficulter n. fit, ut homo sic se contēnat, sperare. Sic à seipso recedat, ut nihil de se ipso sentiat. Atq; hec mira fuit ac impudēs arrogantia, cū nostris meritis pa rando esse cœlos pronūciauissent, ipsi se pro ministris,

79 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

at operis exhibuerūt, qui alijs mercantur, precioq; ac cepto, strenue meriti sunt: sed eis operibus quæ ipsi effinxerant, de quibus in ferius plura dicemus. In universum ergo neq; iusticiam Dei, neq; hominis iniusticiam probe nouerunt: Christum uero sic aut ignorauerunt, aut contempserunt, ut ei paulo plus tribuerint quam Iudæi ipsi. Quamq; hoc mirum non est, si enim vulgo cœptū esset Christo niti, hoc est gratia Dei, que per Christum parta & firmata est: quis eis ultra salutis suæ meritum tanti locauisset & unde hodie quoq; nō immerito furiūt, qum se ad merendū alijs salutē exposuerint, nemo tamē cōducit, sed ē tota die ociosi. Sed iam satis de impotentia nostra dictū est, deq; nostrum ipsorum desperatione. Nunc ad latiora transibimus, nempe ad Euangelium, quo misericors Deus salutē non modo nunciauit, sed olim prænunciata, ac promissam, misit. Quod mysterium summa cum uerecundia, summo cū tremore & ueneratione tractandū cum sit, pro cumbendū est ante fontem omnis gratiæ, ut is sermonē nostrū sic dirigat sic illustret, ut nihil eo indignū dicimus. Et quoniā humano sermone quantūvis opiparo in rebus fidei rudis mens persuaderi nequit, nisi dominus cor sic docuerit & traxerit, ut sequi uiuet, nō miseris erit nobis interpellandus is qui iustificat & uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: pro ijs etiā, quibus Euāgeliū ciui communicatū uolumus, ut eorū mentes sic

tes sic illuminet, ut Euangelij rationē capere: corda ue
ro sic trahat ac molliat, ut se qui possunt: nihil enim est
quod anxijs precibus ille neget, & contra: nihil quod
nos siue his audere, aut præsumere debeamus. Det do=
minus sermonem rectum in os nostrum.

Huic ergo tam desertæ causæ nostræ tandem uoles
succurrere creator noster, misit qui suæ iusticiæ sese
pro nobis litando satisfaceret: non angelū, nō hominē,
sed filium suum, cumq; carne induitum, ne aut maiestas
& congressu deterreret, aut humilitas à spe deiixeret.
Quod enī Deus deiq; filius est, is qui sequester, ac me=
diator missus est, spem fulcit, quid enim non potest, aut
habet qui Deus est: Quod autem homo, familiaritatē
amiciciam, imò necessitudinem & communitatem pro=
mittit, quid enim negare potest, qui frater est; qui im=
becillitatis consors? Porro res tam inaudita, tamq; in=
usitata, iam inde ab exordio humane misericordiae proposi=
ta preceptaq; est. Ut enim Deus per filium suum ho=
minem creauit, ita per eundem in mortem prolapsum
reparare statuit, quo eiusdē esset creatio et repara=
tio: om̄ia enī per ipsum facta sunt. Io. 1. & Colos. 1. om̄ia
per ipsum, & in ipsum creata sunt: & ipse est ante
omnia, et omnia in ipso constat, et ipse est caput corporis, hoc
est, ecclesiæ, q; est principiū, priogenitus ex mortuis, ut sit
ipse in oībus primas tenēs: nā in ipso eūōnōe placit
tū est oīm plenitudinē habitare, & per cū reconcilia-

re omnia in ipsum, pacatis per sanguinem crucis eius
per ipsum omnibus, siue in celo sint siue in terra. Ephes.
2. per ipsum habemus accessum ambo (Iudei nimurum
& Gentes) in uno spiritu ad patrem. Est autem, ut ab
origine repetamus, Deum recens lapsi hominis miser-
tum, quoniam decretum iustitiae sue iudicijque promulga-
ret, exceptit non nihil a tam dura sententia, ne perpetuam
miserrimus esset homo. Quoniam enim serpenti multam in-
diceret, hoc in rem hominis exceptit, quod mulieris ali-
quando semen futurum esse praedixit, quod ueri ser-
pentis diaboli contusorum sit caput, sic inquiens: Ini-
micias ponam inter te & mulierem, & semen tuum,
& semen illius, ipsum conteret caput tuum: & tu insi-
diaberis calcaneo eius. sic enim habet hebraica ueritas,
ut facile duobus relatiuis deprehendi potest, in, ipsum,
scilicet & eius, que Hebreis ambo masculina sunt, se-
menque itidem ipsis masculinum, referunt. Unde & Sep-
tuaginta, eandem sententiam sic reddiderunt. Odium
sive inimiciam ponam inter te, & inter mulierem: et
inter te, & inter semen tuum, & inter semen eius. Ipse
tuum caput obseruabit, & tu obseruabis calcaneum eius.

αυτός Hic plane uidemus diuinos homines in his uerbis intel-
αυτός lexisse mysterium subesse, & propterea genus dictio-
num noluisse mutare, tametsi iure potuissent: Zæra enim
id est semen, Hebreis masculinum est, sic & huic id est,
ipse, & uero id est, eius, masculina sunt. Non sic Græcis,

Nam his semen σωματικόν neutrum est, sicut et Latinis: autōς autem et αὐτός id est ipse, et eius, masculina sunt. Vnde sic potuissent dicere: Ipsum (semen scilicet referendo) obseruabit caput tuum, et tu obseruabis. Et cæt. sed ut diximus, cum viderent hic absconditum esse mysterium, noluerunt genus in pronominibus mutare, quod tamē in σωματικόν coacti sunt mutare. Latinus aut̄ interpres sic ubiq; omnia audet, ut s̄epe mecum reputem, an doctior fuerit, an audacior. Ad sensum redeo. Videntur in his Dei uerbis palam prædicti, qd' de foemina esset aliquādo semen proditurum, quod serpentis, id est diaboli caput contunderet: ac contra diabolus esset eius calcaneo insidias facturus. Consideremus ergo breviter de utroque uaticinio. Seruauit diuina prouidentia uerborum proprietatem: qum enim primum dixisset, ipsum semen conteret caput tuum, eodem uerbo, seminis scilicet, perpetuo utitur. Nam ubi ad Abraham dicit In semine tuo benedicetur omnes tribus terræ. Gen. 15. ueterem uocem usurpauit, pro eo qui secundum carnem ex Abraham nascitus erat, et omne hominum genus in heredes Dei scripturus. Quod autem Hieremie. 23. germen uocat, et equiualeat. Paulus uero de eodem promis so loquens, aperte dicit: Et semini tuo, quod est Christus. Galat. 3. testatus, quod semen, de quo multa per uetus Testamentum dicuntur, Christus sit. Hoc ergo semen, Christus, diaboli caput confregit. ... Ipse autem dia-

Diaboli bolus sic insidiatus eius calcaneo, id est humanitati, qua
insidiae dolebat non sic esse lapsui obnoxiam, ut nostra quae in
Christo peccatis concepta est, ut nusquam decesset occasio. Cū
intenta aliquando ieiunium per quadraginta dies & noctes,

te. etiam in Eremo portentose sustinuissest, postulauit ut la-
pides in panem conuerteret, sperans dentes eius ad hoc
lenocinaturos & gulam. Tentauit deinde cupiditate
regnandi & habendi, postremo glorie. Cumq; nihil
profecisset, iam copias suas armat, & castra in eum
mouet: nam Scribarum & Sacerdotum sic in eum odia
excitat, ut prorsus essent iuxta Pauli uerba Romano. I.
Ἄσοποι ἀτωρθοι δενδέκμονες hoc est ab omni hu-
manitate, amicicia, foedere, misericordia erga ipsum
alieni. Neque contentus fuit tanto degrauasse odio, fun-
ditus perdere statuit: nam regno in diem magis ac ma-
gis metuebat, qum in docendo uideret ueritatis constan-
tiam indeflexam, in morbis eliminandis potentiam in-
fallibilem. Et incendio inuidiae quottidie addidit, donec
prædicta membra sua Scribas, Sacerdotes, & Pharisæ
os eò impulisset, ut quocunque modo occidendi consi-
lium caperent. Cuius Christus minime ignarus, sepe
ipsis conceptam maliciam obprobriauit. Et in ipso ca-
ptiuitatis tumultu serpentis insidiata, & Sacerdotum
malignitatem odiumq; prodidit, inquiens, Hec est hora
uestra, & potestas tenebrarū. Insidiatus est etiā mortuo
diabolus, cū per membra sua custodire sepulchrū postulat
Consideranda

Consideranda sunt postea omnia quæ per utrumque Adam gesta sunt, hoc est per carnalem parentem, & Christum. Sic enim Paulus utrumq; adpellat Romano. 1. &c. i. Corinthio. 15. ut liquidò pateat quomodo Christus contrarijs remedijis iusticie diuinae satisfaciendo, hominem restituerit. Ex quibus nos quedam comparabimus, quantum dominus dederit. Positus est Adam in horum comparatum uoluptuosissimum, & præuaricatus, detrusus est tiones A. à beatis sedibus interram incultam, qua cum ligoniam & bus, aratri, ferroque pugnaret. Christus sibi non plus Christum. & quo sumpsit, quum se patri æqualem faceret, sed cœlo delapsus, dignatus est formam nostram adsumere, & in ea istos qui nihil quam contumax terra erant & caro, uerbo tanquam uirga ferrea, ut Psal. 2. habetur, subigere, ut per ipsum eò rediremus, unde ipse uenierat, qui per Adam exulabamus, ubi culpa tum eius, tum nostra merebatur. Voluit Adam prior sciendo bonum & malū Deus fieri, dignatus est Adam posterior ignari hominis formam habitumq; induere, ut in cognitionem & gratiam reduceret, eius qui solus bonus est, & solus nouit quid bonum, quid malum sit. Victor est Adam uxoris lenocinijs, ut de cibo uetito ederet. Renixa est nonnunquam in Christo humana imbecillitas, ferre nescia, sed semper uicta abiit. Transeat à me poculum hoc clamabat infirmitas, sed uicit Dei fides, que inuitam carnem patris uoluntati subiecit.

Extendit Adam ad uetitam arborem manum, beatus
& sapiens futurus, imò Deus. Extendit Christus mem=bra omnia in contumeliosam crucē, ut nos eius erum=nis beati, eius stulticia sapientes: sermo enim crucis pe=reuntibus stulticia est. i. Cor. i. eius egestate dīj reddere mur. Porrexit autor mortis manum ad exitiale ponū. Porrexit autor uitæ manus ad crucis salutare lignum. Illius gustus dulcedo mortem, Huius amaritudo uitam peperit. Ille sic se receperat, ut latitum speraret: ue=rebatur enim sub conspectum dei uenire. Hic se toti mundo exposuit, ex pessimorū iudicio manibusq; sub=iecit, ut ius amissæ hæreditatis recuperaret: omnium oculis malefactor uideri passus est, ut nos patri per ipsum iusti adpareremus. Per lignum seruituti sumus addicti, quod Adam abstinēre noluit. Per lignum liber=tati sumus donati, quod Christus omnia citius quam nostram calamitatem ferre uoluit. Inquit enim quidam ue=terum: Ipse lignum tunc notauit, damna ligni ut solue=ret. Deum docens iam in ipsa mortis origine hic respe=xisse, ut ligni morbo, ligno mederetur. Adami trāsgres=sionem risit Deus, cumq; cum uxore beluarum exuījs uestiuit. Christi obedientia, ex beluis nos Dei filios red=didit, beatāq; immortalitate amiciuit: tamq; abest, ut despeti simus in oculis Dei, ut etiam hæredes eius co=hæredes autem Christi facti simus. Breuiter obstrusit primi parentis audacia paradisum, referauit Christi humilitas

humilitas cœlum. Taceo quæ diuus Paulus Ro. 5. inter ipsos confert, quæ omnia huc faciunt, ut uideamus quomodo contrarijs medicamentis morbi nostri curati sint, diuinâq; iusticia unius Christi iusticia pro nobis placa- ta. Eius enim innocentia nobis donata, sic nostra facta est, ut ex uita, quam ex ipso hausimus. In ipso enim ui- ta erat. Io. 1. Est enim uia ueritas et uita. Io. 14. Et in ipso mouemur, uiuimus, et sumus. Act. 17. Ut in qua uita ex ipso, nobis est data, sic et iusticia, que ex ipso et per ipsum, nostra facta est: ex ipso enim sumus quicquid sumus. Carnem enim induit, ut noster fieret, ipse et nihil egebat: sed nos ipso maxime egebamus. Ut ergo noster fieret, quantuscunq; est Deus, iustus, sanctus, misericors creator. et c. homo factus est, ut nos eius con- sortio in Deos ditareremur.

Sunt et alia immumeria in ueteri testamento uaticina, quæ ipsius aduentum conuersationem, mortem, ac omnem prorsus et actionem et uitam sic explicant, ut nemo negare possit, sic eu scripturis adumbratum esse, cum tota eius actio ac doctrina respondeat. At ea quæ doquidem omnibus obvia sunt. Ut Isa. 11. Hier. 23. et c. nos huc adducere parcemus, figuræ nonnullas addu- xisse contenti. Abiit Jacob in Mesopotamiam, inuenit bus uxori illic uxores duas, quarum maior hebetibus erat oculis, bus typum iunior autem leto pulcroq; adspectu: peperit maior liberos multos, minore constanter sterili. Tandem mutata gessit.

tainfœlicitate sterilitatis, iunior quoq; cœpit mater fie
 ri. Quid hoc aliud porrò portendere poterat, quam qđ
 in Christo & Ecclesia uidemus impletū esse? Fuit Iudeo
 rum synagoga longo tēpore fœcūda, priusquā Christus
 carne indueretur: postea uero, qđ tēpus per Deum præ=
 stitutum, iam impletum esset, cœpit synagoga sterile sce
 re, & iuuacula ex Gentibus Ecclesia fœcunda fieri.
 Rediit Jacob ex Mesopotamia, multā secum substantiā
 aduehēs, uxores duas, liberos multos. Descēderat Chri
 stus in hunc mundum, Deus homo factus, ut interfluvia
 lem Mosopotamiā, id est duas naturas in eo agnoscas,
 iuxta quis omnia & operatus & passus, sa'uis utrius
 que semper limitibus, opus patris sui fideliter fecit, ac
 mortis tandem uictor ad cœlos reduxit omnē hominū
 Iosep ty = genus. Quid Iosep in AEgyptum uenditum memorem
 pus. qui inter manifestissimos typos sic lucet, ut penicillo nul
 Abraham lo'geat. Et eius proauum Abrahā? cuius fides sic à Deo
 Deū præ= prædicatur, ut omībus Pelidis & Alexandris facile ui=conem ha' deatur esse beatior: quis enim unquam Deum præconē
 buit. habuit? Quid in quā cōmemorem eum, iam centenariū
 ex libera filiū tollentē, qum eum typum Paulus Galatis
 scribens.3.&.4. sic coloribus ac umbris illustret, ut at=treſtare possis. Pharez & Zaram ex Thamar geniti,
 idē indicabāt. Longū esset oēs oīm figuratiōes prosequi
 cū Paulus phibeat oīa illis in figura cōtigisse.1. Cor. 10.
 Is ergo, per quem omnes creati sumus, & per quem
 Deo

Deo placuit mundū recreare ac renascere, cum tempe-
stuum ei usum est in illibatae uirginis utero, extra oēm
uirilem operam, spiritu sancto foecundante (ipse enim qui
hinc nasciturus erat, spirituales ex carnalibus facere
mittebatur) cōceptus coepit humanescere. Lege Lucæ. i.

¶ 2. capita, ne in tā manifestis occupemur. Et Mat. i.

¶ Io. i. Oportuit aut̄ Christū duplice nomine ex uirgi Christum
ne nasci: primo quod ipsius diuinitas nullam peccati la ex uirgi-
bem sibi iungi ferre potuit. quemadmodū superius dī ne nasci-
clum est. Deus enī tanta lux est, puritas, innocētia, boni oportuit.
tas, ut secū tolerare nequeat, quicqd aliqua parte tene-
bricosum, impurū, cōtaminatū, aut malū est: mūdissimā
ergo ab omni labe nativitatē eius esse oportuit, qđ is
qui nascebatur, Deus quoq; effet. Secundo, propter ho-
stiae naturā: eā .n. alienā esse oportebat ob omni macu-
la, ut Moses lex habet, quæ tamē ad carnis emūdatio-
nem solūmodo ualebat. Hebr. 9. quāto magis eam, quæ
pro peccatis oīm tā qui fuerat, q̄ qui uenturi erāt, perle-
tauit, illibatissimā esse oportuit: quod, nisi ex uirgine
natus effet, eaq; intemerata, cuenire nō potuisset. Nam
si ex uiri semine uirgo concepisset, nōnne iam con-
spurcata effet nativitas? Si uero aliqua cum concep-
set, etiam ex spiritu sancto, quæ prius fuisse experta ui-
rum, quis unquam credidisset ex spiritu sancto esse,
quod nasceretur? nescit enim natura partum, qui non
sit libe respersus. Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

80 DE VERA ET FALSA RELIGIONE.

Virginem ergo esse oportuit, ac perpetuo etiam uirginem, quæ eum pareret, qui labis nullam ne suspicione quidem tam abest ut uere, habere potest. Nunc horum testimonia iungimus. Quod hostia est omnem labem ac morbum expians, figurat agnus phase, id est transitio-
 nis aut potius præteritionis, ne scilicet per transitionem
 exitum quisquam propter uocabuli amphibolon intellegat. Peſa enim hebraica uox, saltum aut præteritio-
 nem significat: domini enim angelus impune transiliſt,
 ubi sanguine uidet postes esse oblitos. Ea quoq; figura,
 qum & per seipſam, & per omnium, qui de ea dixerunt, monumēta dilucida sit, nihil de ea dicturi sumus aliud. Ioannes autem ille Baptista filij Dei, qum Christū aliquando ad se uenientem mature conspicatus esset, eū suis, his uerbis ostendit: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccatū mundi, Io. 1. Mundi ergo tollit peccata (peccatū. II.
 Falsa religiō pro offensa & morbo hominis hic capitū) non origi-
 nalem solummodo morbum, ut falsa religio docet, neque horum solummodo crimina expiat, qui ante eum fuerunt, sed mundi: neq; ea modo quæ Pontifices uulgo sa-
 cerdotum suorum remittenda præscribunt, sed mundi. Neq; ea tantū, que pecunia redemeris, sed citra omnē
 pactionē mundi tollit peccata. Peccatū in spiritū sanctū
 ppriā cōsiderationē habet, de illo hic nihil. Quod uero
 ex uirgine natus sit, ut docuimus, testes sunt Matthæus,
 Lucas: sed uetera ne quis desyderet, habemus Isaïā. 7.
 Ezechielem. 44. Qum autem non defint, qui dum Rō

mani Pontificis decreta cōstantius tueruntur, dicunt: Nō omnia quae credimus, esse sacris literis prodita, nam perpetuam uirginitatem θεοτόκου, superq; benedictæ uirginis Mariæ sacris literis adseri nequire, operæ pretium est eis ueritatis inuiolabile scutum obijcere, cuius splendore ipsorum oculi sic perstringantur, ut discant non blasphemare. Perhibet Isaías uirginem esse conceputuram & partiturā. Quid hoc quæso miraculi est, si uirgo cōcipiat num aliquam, etiā præter hanc nostram, unquam cōcepit, que non fuerit aliquando uirgo? sed hoc misitatum est, uirginem permanēre, quæ cōcepit & partit. Virgo ergo nostra, uirgo permanet: & cum permaneat uirgo, perpetuò uirgo est: alioqui non permanēret uirgo. Quod Ezechiel probè indicat, sic dicens: Porta hæc clausa erit, & non adperietur: & uir non transiet per eam, quoniā dominus Deus Israël ingressus est per eæ eritq; clausa principi. Que uero hic de sensu per circūstantias obijci possent, tā facile possunt dilui, ut breuitati studentibus, immorari non liceat: nā omnia in figura illis cōtingebat. Et cæt. Incaute ergo hic pugnat falsa religio, qum perpetuā uirginitatē ganuit nō cōstare, nisi pōtificū decretis sanciatur esse perpetua. Decretis n. suis, ut nō possunt cōspurcatam facere, ne sit confurcta: sic suspiciosis istis dictis suis, nō possent mederi contumelie uirginis, quod ipsi decernerent, esse perpetuā uirginem: nam nisi suopte ingenio uirgo esset, decretis

82 DE VERA ET FALSA RELIGIONE

suis uirginem facere non possent. Re constat eius uirginitas, non hominum Decretis.

Epitome actorum Christi. Genuit ergo perpetua uirgo, Christū, Dei suumq; filium in Bethlehem peregrina, iuxta uaticinia prophe tarum. Michæ. 5. Mat. 2. Luc. 2. genitumq; posuit in præ sepe: non enim locum habebat in diuersorio præ homi num affluentia, qui tum ad censum illic cōuenerant. Di uina sic disponēte prouidentia, ut sicut Adam peccādo se nudauit, necessitatibusq; exposuit: sic Christus quo di uina iusticia placaretur, egestatem, frigus, ac mala oīa, que homini pro peccato inficta sunt, experiretur. Hac enim erat iusticia, ut si is per quem creati sumus omnes, in quo peccatum non est, à quo recesseramus, innocens ea ferret, quæ nos peccando commeruimus, sed pro nobis ferret: ipse enim peccatū non fecit, nec dolus inueniatur est in ore ipsius. Quod aut̄ tulit, pro nobis tulit, nā ipse nullius egebat: sed pro nobis factus est egenus, ut nos ipsius diuitijs frui possemus. Similiter is, qui futurus erat animorum cibus, illic positus est, ubi iumenta cibā tur, ut iam inter initia uideremus eum nostrum, qui cibā tra cognitionem Dei nihil sumus quam belluae, cibum esse futurū, quo spirituales redderemur. Hyemis im probitati exponitur, qui flores agri preciosius quam ul lius Solomon poscit, uestit: qui coruos pascit, & iumentis alimentum dat. Nascitur autem illic, ubi hominū multitudo conuenerat, omnium enim futurus erat: & nascitur in

tur in præsepi, nobis in plumis stertetibus: ipse enim uer
rus pastor est, qui semper uigilat super gregem suum.
Circunciditur octavo die, in quem circumcisio nisi spe
ctauisset, nihil profuisset. Et nomen indipiscitur, quod
supra omne nomen est, quodq; id ipsum quod Christus
est, ampliter significat. Saluator enim est, ideo & Iesus
adpellatur, quod nihil aliud est quam saluator: ipse enī
saluum facit populum à peccatis suis. Promouet etate
rerumq; peritia, ut uera humanitatem agnoscamus.
Accipitur à Simeone & Anna, & prædicatur esse sa=
lutare omnium Gentium ac lumen, ut simul diuinitas
eius non ignoretur. Duodecim annos natus ad eundem
ūsum inter doctissimos sedet, cōfert, uincit, confusat. Et
confestim ne de uera humanitate dubitemus, descendit
cum parente nutricioq; Nazareth, & obtemperat eis.
Ac nimis sic obtemperat, ut nutricij sui artificium se
quut, tādem in eo tam celebre sibi nomen parauerit, ut
uulgo diceretur ὁ υἱὸς οὐτός τειποτέκτωρ, nonne
hic est faber ille? Quum uero sic maturuisset, ut de ter=
ra iam decerpens esset, sic modis omnibus Dei se filiu
testatus est, cū docendo tū inaudita miracula faciendo, ut
nō modo hoies, sed etiā dæmones inuiti cogeretur cōfite
ri filiu Dei esse. Esuriētes turbas nūc cibat paucis pani
bus, nūc potat aqua in uinū uersa, leprā abstergit, mor=br/>bos abigit, febrē restinguīt, cæcos luce ditat, claudos in
cessu, curuos erigit, mortuos uoce uite restituit, et nulla

sunt omnino siue corporū, siue animorum tam inolita,
incommoda, que ille nō tollat, sed quām hypocritarum
dolos consiliac; audaciū pro trahit, renititurq; ut est
ingenium, malicia, quae noctua instar in lucem uenire
non sustinet, uiam inuenit, qua animæ iactura existi-
mationi succurrat: statuunt ergo Christum occidere in-
nocentem dei uirginisq; filium, nihil pendentes quan-
tam conscientiæ iacturam facerent, modo simplicibus
probauissent se iustos esse: iniquum autem Christum
qui iustis iniustie contumeliam fecisset. Cumq; tribu-
nal ipsis eruptum esset, uiam inueniūt qua ipsum apud
magistratum adcuſent. Verum ne quid intercederet
quo uel non caperetur, uel captus elaberetur, operam
dant, ut eum ipsi capiant: certius ei putantes exitium
imminere, si præsentem adferant, potius quam absen-
tem deferant. Captum ergo præſidi offerunt læſeq;
maiestatis criminis reum faciunt, uetusſe adſerentes, ne
tributum cæſari detur: et ut uulgi quoq; inuidiam in
eum concident, subornatis testibus falsis, dixisse perhi-
bent, templi demoliendi et in tribus diebus iterum ex-
citandi potestatem se habere, atq; hac ratione ſperant,
etiam si iudicem naclī forent paulo cōſtantiorem, igno-
bilis tamen uulgi fremitu conclamationeq; cædem con-
fici posse. Quod et factum eſt. Nam iudex, ut crebrius
ipſe confessus eſt, nullam damnationis causam in eo ex-
pertus, cum multa tentauisſet, absoluere tamen non
auis

ausus, addixit eum accusatorum dementie. Ducunt ergo, innocentiam sceleris, iusticiam iniquitas, Deum membra diaboli, autorem pacis perduelliones, benefactorē ingrati, uitam homicidē, patrem patrie parricidē, sic consputum, illusum, colaphis cæsum, spinis flagrisq; à planta pedis ad uerticem usq; proscissum, ac funditus perditum, ut ad eius calamitatem puellarum mulierūq; miseratio lacrimis imperare nequiverit. Quibus tamē ille malis nihil fractus, nihil irritatus, simul præmonuit malorum, quæ sibi parricidē tam atroci iniuria accercent. Abiectissimo igitur suppicio adficiunt cruci cū homicidis adfigentes, per quem uiuebant: ac nisi per ipsum spirauissent, nihil in eum potuissent. Ille nusquam sui oblitus, cum sic miseræ esset elementis syderibus, ac hominum ludibrio expositus, orat pro hostibus suis, ne scilicet Pater cœlestis hunc furorem eis imputet: nā inter ipsa cruciamenta sitientem aceto felle temperato potabat, tanta erat immanitas. Cumq; iam uideret perfecta esse, quæ pater demandauerat, signum dat: Consummatum esse, inquiens, opus uidelicet suum, quo dia boli & mortis ius à nobis innocentia sua propulisset: req; fœliciter gesta, spiritum iam redditurus, sic patri commendat: In manus tuas commendabo spiritum meū, nec diutius uixit quam locutus est. Hic subito omnia tumultuari propter conditoris sui iniuriā incipiunt. Abscondit sol splendorem suum, quo res, uelut in seditione

nocturna, crudelibus parricidis quam atrox esset, adpā
 rēret. Rumpitur dolore uelum, propter immensam Dei
 contumeliam. Petræ per impatientiam disiliunt, ut illa
 dæorum contumaciam intellegamus lapidum duriciam
 superare. Tellus tam immanes beluas ferre indignata,
 se se concutit, ruinam cōminans. Prorepunt à monumen-
 tis mortui ad hanc turbationem. Sed nihil mouetur im-
 piorum hypocritarum mentes. Iudicem adeunt, orant
 stationem ad extinti corporis custodiam disponat, im-
 petrant. Cumq; iam tercia lux adpeteret, inuitis mili-
 tibus per gloriam patris reuixit. Illi cum uidissent quod
 factum erat, nunciarunt sacerdotibus. Si uero mendac-
 ium ab eis magno redemerunt, pactiq; sunt, ut passim
 dicerent, se stercentibus, discipulos clam abstulisse cor-
 pus. Sic agit insanus furor, & cæca semper inuidia, ue-
 ritati non cedit, putatq; se pulchre latere: imò, qum in
 altum usq; uenerit, nihil iam pudet, siue palam uideat-
 tur, siue minus. Quod pulchre Solomon docuit, Prover-
 bio. 18. Impius cum uenerit in profundum peccatorum,
 contemnit. Christus aut̄, posteaquam de inferis trium-
 phauit, suis se confessim ostendit, ac per quadraginta
 dies cum eis uersatus, proprio motu, uidentibus disci-
 pulis, ad patrem ascendit. Quæ omnia eò libentius per-
 strinximus, ut cuiuis intuenti, iusticia Christi, qua uul-
 neri Adæ remedium attulit, apertior fiat. Stamus enim
 aduc in hoc argumento, quod Christus sit iustitia no-
 stra,

stra, innocentia nostra, & redemptionis premium. Ad hoc enim mortuus est pro nobis, & resurrexit, ut declareret liberationis mysterium, spesq; firmet, quæ dum eum uident mortuum esse, ac mox suopte Marte reuixisse, de æterna uita, post istam, non possunt non redi certæ. Quod enim mortuus est, propter peccatum mortuus est. R.O. 6. At non propter suum peccatum, à quo alienissimus est, sed propter nostrū. Quod autem resurrexit, ideo factum est, ut nos per eum uiuificatos sciamus.

EVANGELIVM.



CHRISTVS hec omnia perpeſsus est p nobis. Quod si nostris operibus, aut nostra innocentia mereri salutē potuiffemus, frustra fuisset mortuus. Galat. 2. Potest idcirco Euangelij ratio nunc breuiter sic capi: Quod ad nomen adtinet, ut id præmittamus, oībus notū iam est, nihil quam bonum nuncium significare. Veruntamen, quid sit istud nuncium, ex eius uerbis discendum est, qui nunciatur. Hic iſto mandato, misit discipulos suos Marc. 16. Profecti in uniuersum orbem prædicare Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, damabitur. Audimus hic primum Euangelium eam rem esse, quæ credentem saluum reddat. Habemus ergo quid efficiat, sed nondū habemus quid sit. Consulendus ergo est & aliis Euangelista, qui modus ad intellegendum

sacras literas, est omnium expeditissimus. Lucas ergo
24. His uerbis eādem sententiam, eiusdemq; diei quo
uidelicet Christus resurrexerat, rem gestam describēs,
sic inquit: Tunc adperuit illis mentem, ut intelligerent
scripturas, quod sic aut sic scriptum esset, et quod sic
aut sic oportuisset Christum pati, et tercia die resur-
gere ex mortuis, et in nomine eius prædicari poeniten-
tiam et remissionem peccatorum in omnes Gentes.
Hic adperte habemus quid sit, quaq; ratione prædicari
oportet Euangelium. Est enim Euangelium, quod in no-
mine Christi remittuntur peccata, quo nuncio letiore
nunquam intellexit illa mens: sed præstat, ut eius ra-
tionē paulo latius explicemus, hac enim cognita, pro-
pius rem ipsam cernemus. In nomine suo docuit Chri-
stus prædicandas esse in omnes Gentes poenitentiam
et remissionem peccatorum. Primum satis constare pu-
to, nomen hoc loco accipi proui, potentia, uirtute, ma-
iestate, sicut Mar. 16. In nomine meo, id est in mea uir-
tute uel potentia, da monia ejicient. Et in Actis. 3. ait
Petrus: In nomine, hoc est per uim uel potentiam Iesu
Christi Nazareni surge et ambula. Et poulo post. Et
in fide nominis eius, hunc, que uidetis ac nouistis, firma-
uit nomen eius. Et c. In fide nominis, quid aliud signifi-
care potest, quam dum fidetur illius potestate, ac uis
firmauit nomen, id est potentia et maiestas. Per Chri-
stum ergo confit, ut uitæ pristine nos poeniteat: nam sa-
tis

tis declarauimus in consideratione hominis, quod is se
citra dei gratiam tam non cognoscit, quam illum sine
illa non agnoscit. Virtute Dei fieri oportet, ut homo se
cognoscat: ut ergo quemquam erratorum pœnitentia
opus est, ut errata sua errata cognoscat esse: quod pro-
fecto carnis nō est, hoc est, hominis. Ea enim sic in suis
rebus cœcutit, ut se nulla in re damnet: quod si fit, ut se
damnet, non propria virtute fit, sed aliena: at hæc alie-
na virtus non alienæ carnis est, nam omnis carnis idem
est ingenium: aliena igitur uis, quæ hominem in cogni-
tionem sui dicit, spiritualis fit oportet. Quod hac per-
petuò ratione inculcamus, ut nihil reliqui homini facia-
mus, cui quidam contra tantum tribuunt: solius diuinus
spiritus est, ut homo se cognoscat. At nisi cognitio ant-
cedat, abiectio sui nulla sequitur: quis enī se abijectat,
nisi uideat in se quod offendat? . Docet ergo primum
Christus quomodo in eius nomine constare, ac prædi-
cari oporteat pœnitentiam, hoc est, quod eius uirtute
fit, ut homo se cognoscat, eūq; sui ipsius cogniti tede-
at. Deinde, ut ad declarationem uerborū Luce reden-
tius, nisi nos nostri pœnitentia, tedeat, pudeat, Christus
nobis, qui iam scimus quid lex, quid peccatum sit, non
fit salutaris, neq; preciosus. Vnde quo nā pacto pœni-
tentia sit ordienda secundo loco dicendum est.

Quoniam ergo consilium coepisset hominis redimendi
diuina maiestas, non sic cœperat, ut mundus in malitia

sua perstaret, ac consenseret: nam si hoc fuisset consilium, satius erat nunquam misisse redemptore, quām sic misisse, ut postea quam redemisset, nos de priore instituto ac morbo nihil mutaremus: ridiculum enim fuisset, si sis cui omnia quae unquam futura sunt, præsentia perspiciuntur, tanto precio constituisset hominem liberare, quem mox ac liberatus esset, passurus fuisset pristinis in uitis sordescere. Annunciat ergo cum primis Christia= uitā, et mores immutādos esse: Christianū enim esse nihil est aliud, quām nouū hominē nouamq; creaturā esse. Quocirca qum præcursorē suum misisset, ab hac uoce cœpit: Pœnitentiā agite inquietes, sic enim exasperata est cœlestis iusticia, ut nisi mores mutaueritis, acerbā sitis pœnam, imò ultimū excidiū exterminiumq; laturi. Rē prædico nō longinquā, ne uidelicet cōtennere possitis quēadmodū Ezechieli aliquando factū est, sed que iam nunc pro foribus adest: nūc enī securis radici admota est, ut nisi uitā uertatis, funditus eradicemini. Iā sic euēniebat, ut qui innocētissimi hominis prædicatione mouerentur, clare uiderēt uitā rationē prosus esse uertēdam: itaq; ad eū per turmas ueniebāt et abluebantur ab eo in Jordane fluui, quo ille symbolo eos cōsignabat: qui uitā pristinā qum percensuissent, nihil inueniebant quod nō esset extremo suplicio dignū, eoq; intellecto animū ad pœnitentiam cōuertebāt. Initiatione ista fuit, qua omnes pœnitentes initiabāt, non purificatio.

Quod

Quod ex Petrus. i. cap. 3. docet, simili forma perhibes
nos per baptismū ablui, quomodo prisci olim homines
diluicio expiabantur. ac ne baptismū aquæ hic intellegamus,
sed ueteris hominis internā per poenitētiā immu-
tationē, addit, hoc nō inde fieri, quod sordes corporis
abluātur (hoc enim solummodo posse aquā) sed qum con-
sciētia scip̄am percūctata, ut ut erga deū habeat probe-
sibi respondet. Vnde manifestū fit Ioannis illā celebrē,
Christi quoq; in aquā tinctiōnē, nihil quām initiationē
esse, nō sordiū animi abstersionē: ea enim solius sangu-
nis Christi est. Ut enim carnem nihil pudet, ubi abest
ab arbitris, nam quis uento hūc illūc iactatur, fa-
cile factum fuisset, ut aliquis prædicatione Ioannis se-
se uel e m e n t e cōpunctum esse adsimulasset, re tamen
ipsa inuercunde ac impie uiueret, occursum est huic
malo baptismi symbolo. Nam ut quisq; istud in se rece-
pisset, pudor erat palam ad poenitentiam initiatum
esse, ex palam prioribus flagitijs inquinari. Hæc breui-
ter de Baptismi symbolo, de quo alias multa propter
eos qui eum putant, uel peccata detergere, uel deterso-
rum signum, ac certificationē esse: quorum utriq; lo-
quuntur quod lubet, non quod uerbum domini docuit.
Ad poenitentiam redeo. Quid ergo Ioannes uitam ho-
minis doceret ob oculos reuocare, ac mutare, quas
queso sp̄es proponebat? Num unquam docuit sic aut
sic facientes salui eritis? Minime. Sed qum optime nos-
set, aliter nō fieri, quām qum homo se totū expenderit,

imō quanto se crebrius expenderit, tanto crebrius certiusq; fieri, ut de se planè desperet, deq; iusticia sua (unde primum sui tedium nasci certum est) mox eum, per quem salus constaret, indicabat, sermonem dirigen^m in eum qui uenturus erat. Acto. 19. & Io. 1. salutem in eo sitam esse affirmans, qui se tempore quidem sequetur, sed diuina natuitate ac dignitate longissime anteiret. Sic enim ait Mat. 3. Evidem aqua baptizo uos ad poenitētiā (aquæ igitur baptismo initiantur in poenitētiā) Is autem qui post me ueniet, fortior me est, cuius ego non sum ad calciamenta portandum dignus, ille ipse baptizabit uos in spiritu sancto et igni. Quid uero spiritu sancto baptizare aliud est, quam conscientia ipsius aduentu tranquillam letamq; reddere? Verū quomodo potest redi tranquilla, nisi spes firmas habet de aliquo, quem certò sciā fallere nescire? Baptizare igitur spiritu sancto aliud nihil est, quam quod Christus nobis spiritum suum dat, qui corda nostra sic illuminat ac trahit, ut eo fidamus, eo nitamus qui filius Dei est, qui nobis missus est, cuius nos fratres, eius misericordia, non nostris meritis facti sumus. Ostendit ergo Ioannes uitā nostrā talem esse, ut emendatione opus habeat: quamuis ubi emendauerimus, apud nos haud inueniamus quo saluos fore sperare possimus. Remittit igitur ad Christum Ioannes, Eum esse dicens, in quo salutem gratuitō etiam inueniamus. Quod diuinus Evangelista

gelisti Prophete cognominis sic descripsit. Io. i. Ego,
 Ioannes uidelicet qui baptizabat, baptizo in aqua, me
 dius autem inter uos adest, quem uos ignoratis, ipse est
 qui post me ueniet, qui ante me fuit: cuius ego non sum
 dignus calciamenti corrigiam soluere. Intelligimus hic
 probè, Ioannem ad eum mittere, qui mediis inter ipsos
 staret, aut in medio eorum natus esset. Paulo post uero
 sic ait: Videt Ioannes Iesum uenientem ad se, & dicit:
 Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo
 uobis dicebam (uide ut prius dicta referat) post me ue-
 nit uir qui ante me fuit, qui potior me erat. Et ego non
 noueram cum, sed ut manifestetur Israëli, propterea ue-
 ni ego in aqua baptizans. Demonstrat his uerbis di-
 uinus Baptista, Christum esse agnum, qui peccati mor-
 bum uniuersum expiat: se uero poenitentiae baptismum
 ante eum prædicare, ut Israëli ipse manifestaretur. Cū
 enim per poenitentiam homo in cognitionem sui uene-
 rit, nihil nisi desperationem ultimam inuenit. Vnde iam
 cogitur se omni parte diffusus ad misericordiam Dei cō-
 fugere: qd' ubi cœperit, terret iusticia. Iā Christus osten-
 ditur, qui iusticiæ diuinæ pro nostris admisis satisfecit.
 Ei ergo, qum tunc fiditur, salus inuenitur: ipse enim est
 misericordia Dei infallibile pignus. Qui enim filium pro
 nobis expendit, quomodo nō omnia nobis cū illo dona-
 bit? R. 0.7. Terr ent igitur iusticia Dei, & mens sibi ma-
 lorum oīm conscientia: quid enim nō omnes cogitamus &

consultamus? quas nō uersamus spes uoluptati, rerum,
glorieq; cupiditatis? Vnde qum sic terreant, Iusticia
eius ad quem properamus, cōscientia nostra, que pro=
perates in desperationē adigit, succurrit huic augustinæ
Christus dei filius: hoc enim redemptore, hoc aduocā=
te, hoc pro nobis omnia impendente, licet omnia apud
patrem sperare. o ineffabilem sapientiam dei. o libera=
litatem immensam. o & super hæc omnia misericor=
diam, omnium spem superantem. Illuminat Deus, ut nos
ipsos cognoscamus: quod ubi factum est, in desperatio=
nem adigimur. Confugimus ad misericordiam eius, sed
terrat iusticia. Hic inuenit eterna sapientia, quo si=
mul iusticie sue satisfaciat, id quod nobis ex omni par=
te negatū est: & misericordia ipsius freti, se frui possi=
mus. Filiū mittit, qui eius iusticie pro nobis satisfaciat,
indubitatuq; pignus salutis fiat. Verū hac lege, ut noua
creatura simus: ut Christum induiti ambulemus. Est er=
go tota Christiani hominis uita poenitētia: quando enī
est, ut nō peccemus? Vnde & discipulos primò ad pre=
dicandum mittēs Christus, idem prædicare iussit, quod
Ioann. quod ipse prædicauerat. Mat. 4. & 10. Marci. 6.
Luca. 9. Nam & illi monebant, ut uitam pessimā mu=
tarent, adserebantq; regnum dei ad propinquare.

Attamen ut poenitentia dilucidior fiat, simulq; obie=
ctionē respondeamus ei, qua dicitur: Si hoc pacto Chri=
stū uolumus intelligere, hostiam quæ semel oblata pro=

omnium

omnium peccatis satisfecit, omnes erimus ad libidinā= dum propensiōres, quippe quod impune hæc omnia fie= ri possint: Christus enim pignus est, quo peccata omnia dissoluuntur. Sic accipe. Ante omnia scripturis sacris ad= periēmus quomodo Christus solus sit, per quem ad pa= trem acceditur, quodq; solus omnia peccata deleat. Tunc enim locū habebit argumentū, quo isti utuntur. Christū ergo solū esse, per quem ad patrem acceditur, uel hoc argomento pateat, quod si ulla alia uia potui= set ad Deū iri, nihil fuisset opus ut Christus moreretur. Præstat tamen, ut ipsius uerba in mediū adducamus: E= quibus illa primo loco ponemus, quibus aperte testatur se salutis omnium gratia missum esse: deinde illa, qui= bus testatur solum esse, per quem salus donatur: prius est enī esse, quām solum esse. 10.3, sic ait: Sic Deus di= lexit mundum, quod filium suum unigenitum dedit, ut Christus omnium salus est, .
 His uerbis explicatur tota causa & uis Euāgelij. Causa, quod Deus propterea quod mūndum tantopere dilexit, filium suum dedit. Vis, quod quicūq; illo fudit, æternam uitam adsequitur. Paulopost sic loquitur diuinus Bapti= sta: Pater diligit filium, & omnia dedit in manum eius. Qui fudit in filium, habet uitam æternam. Qui ue= ro diffidit filio, uitam non uidebit, sed ira Dei manet super ipsum. Facit hic locus ad utramque ratio= nem, hoc est, tam ad illam, quod Christus salutaris sit:

omnibus, quam ad istam quod solus fit omnibus salutaris. Io. 6. In uniuersum nihil aliud agit Christus, q[ui] ut se doceat talem cibum esse, ut quicūq[ue] eum edat, uiuat, id est, se talem esse thesaurum animæ, ut quicunq[ue] cor suum et spem in eum fixerit, uitam fit habiturus eternam: se enim è cœlo descendisse, ut mundus per eum uiuiscatur. Ibidem etiam sic ait: Amen amen dico uobis: Qui credit in me, habet uitam eternam. Omnibus ergo in se speratis est salutaris. Io. 8. sic dicit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lucem uite. Quicūq[ue] ergo eum sequitur, illi lux est: omnibus igitur salutaris est fidentibus.

Io. 10. sic: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Alijs atque alijs metaphoris eandem rem doces, nepe quod ipse sit lux nostra, salus, dux, pastor, pater, omnia. Io. 12. ad hunc modum loquitur: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et ego cum exaltatus fuero ex terra, omnes traham ad me ipsum. Eiecit regno diabolum, et sese in signum populorum omnium, iuxta Prophetæ uaticinium Isa. 5. et 11. erigi passus est, ut omnes ad eum Gentes ueniant: nam ideo in quatuor crucis oras extenditur, ut ab Aquiloni et Austro, ab Origente et Occidente, quemadmodum idem Propheta praedixit cap. 43. ueniant et resumbant cum Deo Abraham, Isaac et Iacob. Math. 8. Plura sunt huius sententiae testimonia, quam ut huc possint

sint omnia componi. Ipsa Euangelij commendatio nihil aliud habet quam: Quotquot crediderint praedicato Euangeliu, salui fiant: qui non crediderint, damnentur. Euangelium autem, ut ex precedentibus iam sole clarus patet, nihil aliud est, quam certa salus per Christum, quo nihil nobis gratius, salubrius, aut preciosius nunciari potest. Conscientijs enim nostris in desperationis angustijs praeeruptisq; laborantibus, quid iucundius nunciari potest, quam adesse redemptorem, qui nos in latitudinem educat? Psal. 17. Atque talem liberatorem aducem, qui ad omnia sufficiat, Deus enim est. Vnde et Paulus Roma. cap. 1. sic definiuit: Euangelium, inquit, uis aut potentia dei est ad salutem omni credenti: hoc est, Euangeliu nihil aliud est, quam uis dei, qua ille proprium filiu pro nobis dedit: quicquid ergo in eum fudit siue Iudeus siue Gentilis, saluus erit. Summa igitur iam huius particulae est, quod Christus sit omnibus omnium nationum generumq; hominibus salutaris. Ipse enim uult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. 1. Tim. 2. Nec solumodo tam bonus est, ut uelit, sed etiam tam diues ut possit. Nam de plenitudine ipsius omnes accepimus. Io. 1. Diues enim est in omnes qui illum inuocant. R. 20.

Nunc istud ostendemus, quod solus Christus sit salutaris. Io. 6. sic loquitur ipse, qui et solus nostra salus est: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem

filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Dicam ante oia huius sexti capitatis, quod nam sit argumetum. Cibauerat Christus paucis admodum panibus multa hominum millia, qui postmodum audiuerunt eum sequebantur, ut alium ociose pascerent. Pauci erant, qui ut per eius doctrinam meliores redderentur, ad eum ueniret. Id ubi uidit cordium cognitor Christus eorum simul et hypocrisim, et uoracitatem ingluicam taxat, monetque ut uerum uitalemque animae cibum sectentur, hoc esse gratissimum opus Deo. Atque ut ut isti prioris conuuij memores, per cibum aut panem nihil quam cibarium istum, quo uescendo uires sustinemus, intelligebat, Christus tamen perpetuo de eo cibo loquebatur, qui famelicam mentem reficit: ad hoc enim uenerat, ut ieiunias rerum coelestium mentes reficeret. Dicit ergo se panem esse uiuificum, qui de celo descendit, quique uitam mundo impertiat. Quid hic aliud cogitant, qui uentris gratia aderant, quam quo nam pacto Christus edi posset? sicque ab illo abhorrebat. Ille autem ut clare adperiret quo nam modo cibus aut panis esset, inquit: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Hoc porrò intendens: Vos multa de isto cibo uersatis in mentibus uestris, quem polliceor, aliis miratur modum, aliis stupet ad crudelitatem: Cur sic perpetuum humi iacetis? non uidetis me parabolis pigras mentes uestras extimulare? cur igitur non aliquando ad sublimiora erigimini?

ra erigimini? Rursus nō uidetis me de industria, quam=
 uis nonnunquam violentius id facere uidear ijs, qui car
 ni aduc sunt numis dediti, non uidetis, inquam, me ab
 exterioribus & crassis istis ad interna spiritualiaque
 transcendere? Ego, ut non in eum usum ueni, ut corpo=
 ra pascam, sed ut mentes humanas ad Dcūm reducam,
 Ita qum uos memoria uersatis panem corporalem, ego
 uerso qua nam ratione cibum in os animæ uestræ in=
 dam, qui spiritualis est. Ac dum uos de corporeo pane
 cogitatis, ego doceo cibum esse, qui mentē recreare pos
 sit, quod minime potest panis ex frumento confectus. Is
 autem cibus est, Ego ipse: nam panis quem ego me da=br
 turum pollicor, est caro mea, quæ expēdetur pro mun
 di uita. Hoc letam salutisq; securam reddit mentem, si
 incōcuse credat me per gloriam gratiamq; patris pro
 mundi uita expensum. Hic est cibus, in cuius fortitudi=br
 ne ambulabitis usq; ad montem Dei Iudæi uero quanto
 magis docebātur, tanto magis ignorabant, horrebātq;
 à carne & sanguine Christi, que se putabāt ad lanian
 dum hauriendumq; induci, immane ac Scythicum arbī
 trati, ut ad ista uocaretur. Quorū stoliditatē ex incrediu
 litate p̄ficiisci sentiēs Christus, aduc grauius eos percu=br
 tit. Et iuxta Isaiae uaticinii. 5. Cor eorū excæcat, aures
 grauat, & oculos claudit, dicens: Vere uere dico uobis,
 Nisi manduaueritis carnē filij hois, & biberitis eius

sanguinem, non habebitis uitam in uobis: quasi adiun^geret, ut cunque tandem intra uos tumultuemini, certe me edi, me bibi oportet. Et post multa palam dicit, car^o nem, de qua ipsi cogitent, nihil poenitus prodesse, come sam scilicet corporaliter quomodo illi abhorrebat, si rituale esse manducationem, de qua ipse loquatur, et uiuificet. Verbis istis, quae locutus erat, uitalia fieri humana corda, et robusta Panem si edatis inquam, roboratur corpus: me si edatis, id est, si me fidatis, corda uestra erunt Deo fortia. Hæc de huius capituli argumento fortasse fuisus, quam breuitas ferat: et breuius, quam necessitas requirat. Sed propter eos factum est, qui allegoriam hic esse non uident: atq; hinc errorum multorum occasiones hauserunt, cum tamen Christus nihil istic docere uoluerit, quam Euangelij rationem: nempe esse missum è cœlo, ut pro miseris mortalibus extrema patiatur: ea restans sit salutifera futura misericordia, ut qui ei nitatur, lōge magis roboretur, securiorq; illi redatur animus, quam corpus panis usura. Sed iam ad uerba, quae adduximus, reuertimur: Nisi ergo manducueritis, hoc est, nisi firmiter exq; animo credideritis Christum pro uobis occisum, ut uos redimeret: et sanguinem eius pro uobis effusum, ut redemptos ablueret (Nam hac ratione solemus liberales ac benigni esse in captiuos: primum, ut dato precio liberemus: deinde, ut liberatos squallore adobrutos, ablueramus) non habebitis uitam

uitam in uobis. Solus ergo Christus pro humano genere
re mactatus cum sit, solus est per quem itur ad patrem.

Ioan. 10. eadem rem alijs uerbis docet: Amen Amen
dico uobis, inquiens, qui non intrat per ostium in ouile
ouium, sed ascendit aliunde, is fur est et latro. Et pau=lo post. Ego sum Ostium, per me si quis introierit, salua=bitur. Quoniam ergo alia via quam per ostium ingredi fu=rum sit et latronum, et Christus ostium est, fures sunt
et latrones, qui alia via quam per Christum, salutem
aut querunt, aut querere ceteros docent. Solus igitur
Christus est per quem soli salui reddimur. Neque hic quis
quam obijciat hunc locum ad solos pastores pertine=re, non etiam ad communem rationem salutis: nam sic fœ Locus Io=cundus est, ut non minus doceat quae quisque ad Deum ue an. 10. fœ=nire possit, quam quo modo Christi oves pascere debe cundus et
ant, quibus ea demandata est prouincia: tam enim san clarus.
Est loquitur ac anxie de ouibus, quam de pastribus. ut
perpendenti facile adparet. Ioan. 8. hoc modo allo=quitur Iudeos: Si filius uos liberauerit, uere liberi es sis.
At filius Dei unus tantum, ac solus est: solus ergo Christus est, quo peccati iugo liberi ac filii Dei reddimur.
Idem potest similitudo uitis et palmitum, quae Ioan. 15. scripta est. Post quam sic colligit Christus: Sicut palmes
non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in
uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Et paulo post:
Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut pal-

mes & arescat, ergo. Solus ergo Christus est, cui insatis oportet, qui salutem assequi uolunt. Nam quod Philip po, Ioan. 14. respondet, omnium est disertissimum: Ego sum, inquit, uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me: quandoquidem uia est, per ipsum ac solum ingredi necesse est. Et rursus: Ad patrem nemo nisi per ipsum uenit. Solus ergo est, per quem, & in quo salutem inuenimus. Petrus autem Act. 4. sic differit: Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nullum nomen, nulla uis aut potestas est, que nos beatos reddere possit quam Christi. Solus ergo Christus est quo beamur. Adstipulatur Paulus. 1. Timo. 2. Vnus Deus, unus etiam mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui se dedit redemptionis precium pro omnibus. Certum est autem hic unum pro solo accipi. Ut isto loco Matth. 19.

Vnus pro solus. Vnus, id est solus bonus est Deus. Nam Lucas. 18. his uerbis eandem sententiam extulit: Nemo bonus nisi solus Deus. Nam et hoc satis liquere arbitror, quod per solum Christum salus, beatitudo, gratia, uenia, et quicquid meritum oportet apud iustum Deum, nobis detur.

His ergo premisis, uidelicet quod Christus expiatio pro omnium peccatis, ac uia salutis est: & quod solus hæc uia ac expiatio est: atque ei tandem est soli qui ipso fudit, Consequi putant ipsis, qui Euangelio uel parum fidei habent, uel ipsum impurius hauserunt, ut omnes qui ipso

qui ipso nitantur, licentia deteriores fiant: fieri enī ali-
ter nō posse, quām qum humana mēs audiat sic liberali-
ter omnia cōdonari per Christum, proclivior, ut est in-
genium, ad libidinem reddatur. Vnde quidam ex eis sto-
lide prudentes, cauēre uoluerunt, ne quid eiusmodi fie-
ret, ac prodiderunt: partim quod Christus pro origina-
li modo culpa perlatauerit: partim, quod pro eis solum-
modo flagitijs, quae ante eum commissa perpetratāque
sint. Qui errores hinc uenerunt, quod rationem Chri-
stianismi qum se maxime putarent nosse, maxime igno-
rarent: fide etenim constat, non sapientia, scientia, aut
prudentia: fidē ergo qum non haberent, uani facti sunt
in cogitatibnibus suis. Fides enim Christiana res est, quae
in animo credentium sentitur, sicut ualetudo in corpo-
re. Hanc quisque facile sentit, iniquasit an æqua: sic qui
Christianus est, sentit, ut mens propter peccatorum
onus male habeat: & contra sentit quām bene habeat,
qum remedij in Christo certa est. Euenit etiam plerung;
ut dexteram ualetudinem non tanti faciant, qui perpe-
tuò ualent, quanti faciunt ijs, qui aut diuturnis aut gra-
uibus morbis præmuntur. Sic Christus ijs, qui mentis
ægritudinem nullam sentiunt, non est tam precious, us
quantū eis, qui & sentiūt & dolent. Hinc factū est, qum
nos ipsos haud recte, hoc est intus & incute nouerimus
(nam & morbum & eius magnitudinē ignorauimus)
ut Christus nunquam sic fuerit nobis uel salutaris, uel

preciosus, ut est. Quod si ex morbo inquam uere indoluissimus, hoc est, si de integro nos ipsos cognouissimus quam abiectum uidelicet, ac morbosum pecus sumus: attamen magni, praeclari, iusti, sancti omnibus uideri uolumus, quam turpibus cupidinibus quantum addicti, ut nihil non ex affectibus agamus: si, inquam, morbus inquam sensissimus, tanteus fuisse dolor, ut postea cum medicus leuauisse, nunquam dicturi fuerimus, iterum dolebo, hoc est iterum peccabo. Qui crus frigit, & medicum natus est felicem, qui deluxatum membrum recte restituit, non sic cogitat beatus es quod tam inuenisti medicum, crebro crus franges, nam medicus iste omnia potest: sed per omnem uitam, quoque incedit, quoque uertitur, circuspicit, accauet ne crus iterum frangat: sensit enim quantus sit dolor fractum redintegrari, quantum fastidium toto mense supinum iacere, aut altero tantum in latere. Sic qui ad hunc modum exultant, qum Christum audiunt, pro omnium commissis soluisse: Peccabimus, nam gratis omnia cōdonantur per Christum, nūquam senserunt peccati dolorem, nam si sensissent unquam, omni studio cauerent, ne qua fieret, ut reciderent. Hec ad istum usum præmisimus, ut quemadmodum promisimus de poenitentia clarius dicamus.

DE POENITENTIA. Poenitentiam hactenus putauimus coactum istum simulatum; dolorem de admissione peccatis esse, ac pretia, quanti-

cij, quanti peccatum estimatum erat à iudice, id est, confessore, dissolutionem. Tum enim poenitentia nos malorum, quum Pontifex iussisset, quum ad peteret pascatis celebritas, aut quum ualeatudo imperaret: quod quid erat, quam hypocrisis; aut aliunde prodijt quam ex ignorantia suis. Nam qui sese ipse cognovit, talem ac tantam malorum lernam uidit, ut nō modo cogatur dolere, sed horrere, desperare, emori. Que enim libido tam spurca est; que cupiditas tam audax; que existimatio tam alta; ut eam quisq; domi natam non uideat, nunc consilia capere, nunc agere, nunc celare? Quod dum nemo negare potest, quomodo factum est, ut dolorē qui hinc nascitur, nō senserimus? Hinc factū est, quod, ut supra dictum est, nemo in se tentat, descendere nemo. Qum ergo descendimus, iam uerus dolor continuo sequitur, ac pudor. Id quod prius in poenitentia Pontificum minime fiebat: quomodo enī quemquam sui tederet, quum se nemo cognosceret, sed iustum potius, siue per sua, siue per conducta opera existimaret? Est ergo Euangelij pars altera poenitentia, non ea que aliquanto tempore fiebat, sed qua homo sibi ipsi cognitus, erubescit, pudetq; eum ueteris uite, duplii nomine: tum quod sibi ipsi tantopere displiceat ac doleat: tum, quod uideat alienissimum esse à Christiano homine oportere, ut ijs in iuitijs cōtabescat, ex quibus se erectum credat et gaudeat. Qum ergo siue Christus, siue Ioannes, siue Apo-

stoli sic prædicauerunt: Pœnitentiam agite, prorsus nō
 loqui sunt de ista ficta simulataq; de qua primo hic lo-
 co diximus: sed nec de ista, que semel pœnitent, ac con-
 tinuo licentiam esse factam ad peccandum putat: nam
 ista, ut satis est declaratum, nō minus fictitia est, quam
 que pontificū iussu acta est. Verum de ista loqui sunt,
 qua se homo in se recipit, ac omnia diligenter explo-
 rat: qua queq; ratione faciat, qua celet simulet dissimu-
 let: quod ubi citra fraudem fecerit, huc adigitur, ut pre-
 morbi magnitudine de iusticia saluteq; sua desperet, nō
 aliter quam, qum quis loctali vulnere accepto, atram
 Medicus sempernamq; noctem assidue expectat. Quem si Ma-
 chaon aliquis iubeat bona spe esse, consui vulnus pos-
 se, ac omnia ex integro restitui, non arbitror gratius ei
 quicquam, aut iucundius posse accidere. Sic etiam hic
 noster, qum sic attrectato vulnere saluti desperauerit,
 sese ad misericordiam implorandam conuertit, ac mox
 iuso Christo omnia speranda esse intelligit (si enim De-
 ius pro nobis, quis contra nos?) Iam resurgit, qui pro-
 stratus erat: uiuit, qui mortuum se difficulter & didice-
 rat, & senserat. Sed neq; Christus, Ioannes Apostoli de
 hac pœnitentia parte sic tantum locuti sunt, ut aliquo-
 usq; durare debeat, post uero ponit possit: sed ut per-
 petuo duret, quam diu friuolam istam corporis molem
 circumferimus. Nam ea sic est rebus uanissimis addicta,
 ut nunquam

Medicus
 est apud
 Homerū.

ut nunquam definat mala scaturire, quæ perpetuò ut
nascuntur, præmenda, amputanda, suffocandaque
sunt, ut quæ Christianum hominem maxime dede-
ant. Qui labor, quod certamen, quæ custodia, quid
est, si poenitentia non est? Quo circa quum Christus, Io-
annes, Apostoli sic predicant, Poenitentiam agite, ni-
hil aliud quam ad nouam uitam uocant, priori dissi-
millam: ad quam inchoandā, qui sese dedidissent, sa-
cramento notabantur initiali, baptismo uidelicet, quo
palam testarentur se nouam uitam ingressuros. Nunc
ad uerbi testimonia ueniemus, ne cuiquam nostra po-
tius adulisse uide amur, quam cœlestia. Christus uoca-
bat quendam ad Euangeliū munus. Lucæ. 5. Ille uero
dicebat: Domine, permitte mihi primum ut abeam,
ac sepeliam parentem meum. Dixit ei Iesus: Sine, ut
mortui sepeliant suos ipsorum mortuos, tu uero abi,
et prædicta regnum Dei. Dixit autem alius: Sequar
te domine, ueruntamen, permitte mihi primum con-
stituere domui meæ. Dixit ad eum Iesus: Nullus qui
manum suam ad atrium misit, et retro spectat, aptus
est ad regnum Dei. Hæc Christi uerba seipsis diluc-
ida sunt: exigunt enim aperte, ut omnibus postha-
bitis, continuò Deum sequanur, nec retrò respicia-
mus. Et quamvis uideri possint ad eos modo pertine-
re, quibus uerbi ministerium committitur, ad omnes

tamen pertinent: ut et illa apud eundem .14. cap. quibus Humeros docet explorandos esse, his qui cum sequi statuerint, parabolis duabus. Altera, turrim ædificare uolentis, altera uero regis cum hoste conflicturi, quorum uterque priusquam rem adgrediatur secum sumptus, ac uires cōputet, ne in medio cursu sistere omnia cogatur: postremo sic inferens. Ad hunc modum quilibet uestrum, qui non abdicat omnia que habet non potest meus esse discipulus. At quanti est abdicasse diuitias, nisi malis istis renunciaueris, propter quæ diuitiae docentur cōtemni debere? Idē docet parabola Mat. 22, de eo, qui liberaliter quidem fuerat invitatus ad nuptias, sed cum uestem nuptijs accommodā non induisset, electus est in exteriores tenebras. Sic qui ad nuptias coelestis sponsi uocati sunt, hoc solum spectare debent, ut sic se ornent ac incedant, ne ipsorum turpudo in contumeliam sponsi uergat. Iterum ait Io. 8. Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis. Igitur discipuli sunt, qui in sermone ipsius manent. Simili modo loquitur Io. 14. Paulus autem Ro. 6. classissime docet eos, qui Christo se initiarunt nouam uitam ordiri oportere. An ignoratis inquiens, quod quietique in Christum Iesum baptizati sumus, in mortem eius baptizati sumus: sepulti enim cum ipso sumus per Baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit ex mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate

nouitate uite ambulemus. Quid hic Paulus porrò docet aliud, quām quod quicūq; Baptismo cōpluti sumus, morti Christi initiati sumus: id quod etiam baptizandi actio testetur, quae nos mergit primum, quod Christi mortem & sepulturam refert, deinde rursus extrahit: quod aliud non portendit, quām sicut ex mortuis resurrexit Christus, ultra nūquām moriturus, sic & nos dum in Baptismo sepeliremur, mundo sumus prioriq; uite mortui: qum uero extracti sumus, nouam, id est, Christo dignā uitam ordiemur. Quod Apostolus ipse in sequentibus exponit, cum dicit: Si enim similitudini mortis eius complantati sumus, haud dubie (similes) resurrectionis erimus. Quia similitudine hoc discimus, quod uetus noster homo, simul crucifixus est, ut corpus peccati euacuetur, ne ultra seruiamus peccato. Nam qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si cum Christo mortui sumus, fidimus quod & uicturi sumus cum eo. Quibus istud uidemus: Quod Christus, qui resurrexit ex mortuis, ultra non moritur, mors ei non dominatur ultra: nā quod mortuus est, peccato mortuus est, atq; hoc semel. Quod autem uiuit, Dco uiuit. Sic & uos, putate uos ipsos quidem esse mortuos peccato, uiuentes uero Deo in Christo Iesu domino nostro. In his Pauli uerbis sole clarioribus nihil est, quod non quisq; facile possit capere, præter hoc unum peccato mortuum esse, nam hoc uerbum Paulus uariat. Qum enim

Christū docet peccato esse mortuum, uult, quod Christus sit propter peccatum mortuus, ut peccatum occideretur: quoniam uero nos dicit peccato mortuos, uult nos esse à peccato liberatos, perindeq; iam alienos. Gal. 6. sic habet: In Christo Iesu neq; circumcisio quicquam potest, neq; preputium, sed noua creatura. Non satis est igitur baptizatū esse, sed ad hoc baptizati sumus, ut noua creatura sumus. Non satis est dicere: Domine domine, sed iuxta patris uoluntatem uiuere necesse est. Hanc nouam uitam Ro. 13. ueterisq; depositionem sic docet: Hoc cum sciamus, Tempus uidelicet, quod iam hora est, ut de somno surgamus, nam salus nostra propius quior est, quam cum putabamus, nox abiit, dies uero adest. Amoliamur ergo tenebrarum opera, et induamur lucis armis, ac honeste ambulemus tāquam in die, non in comedationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitijs, non per contentionem et emulationem, sed induimini Dominum Iesum Christum. Idem docet Petrus 1. cap. 4. qui uult hinc petat. Plene sunt omnes Apostolorum scripturæ ista sententia, uidelicet, qd' Christiana religio nihil aliud est, quam firma spes in Deum per Christum Iesum: et innocēs uita, ad exemplum Christi, quo ad ipse donat, expressa. Patet ergo Pœnitentiam esse non modo cognitionem sui, et abnegationem, sed abnegati custodiam quoq; ut sit perpetuò, quod sp̄eres dum in spe ambulas: nec desit, quod metuas,

metus, nempe lapsum peccati. Istud quoq; patet, quod poenitentia peccata non abluit, sed spes in Christum; Poeniten= quodq; poenitentia custodia est, ne in ea recidas quæ cia pro cuius damna uisisti.

Sed uidentur hic multa obstat, quo minus liceat in nocentiam seruari posse sperare. Primum, Omnis homo mendax: at ubi mendacum uiget, illuc omnia sunt improba. Deinde, quod in multis offendimus omnes, Ia. eobi. 3. quotquot autem offendunt peccant, Matth. 18. ergo cum omnes offendamus in multis, omnes peccamus multis modis. Post, quod diuinus Ioannes adserit. I. cap. 1. quod si dixerimus nos peccatum non habere, nosipso seducere, nec ueritatē in nobis esse. Quo er= go pacto, etiam exhibito Christo salui fieri possumus qum is nouam uitam, aliosq; mores requirat; nos autē continue uideamus, nos ad ingenium redire. Hic labor est sapientibus, ac doctis satisfacere, nam qum clarissima scripturæ testimonia pro utraq; parte habeant, ui= delicet, quod Christi redemptio cuncta possit ex efficiat, que ad salutē adtinēt: & cōtra, tā cōstāter innocē= tia requiratur. Videtur illis duo incōmoda sequi: unū, quod qui fidē in Christū intrepide continueq; inculcat uideātur innocētiæ studiū prodere: alterū, quod dū in= nocētiā tātopere uidēt exigi, in dubiū ueniūt quid nā Christus proficit. Eis ergo difficultū est satis facere;

nam quod hic in p̄is fides in Christum facit, huius ipsi expertes cum sint, non capiunt quod spiritualiter dicitur. Res enim est ac experimentum pietas, non sermo uel scientia. Ut enim Abrahæ uox ista Dei, quæ iubebat filium, per quem sancta illa posteritas promissa erat, occidere, nota erat, quod esset uox eiusdem qui pronosserat, etiam si humana ratio aliud non immerito dictare potuisset, nempe, uox est seductoris diaboli, qui enim fieri posset, ut te illum iubeat mactare, quem paulo ante dedit ad posteritatem propagādam? Sed nihil est infirmatus in fide, accingitur, ignem lignaq; componit, amata teneraq; membra, inexpertus siue lictor siue sacerdos, colligat, gladium educit paulo minore haud dubie dolore, quam si per suum ipsius cor traheret, imminet, papæ quanta perturbatione animi, innoceti cervicule, ac toties de osculatæ. Que omnia solius Dei, quo mirabilis esset, in oculis nostris fuerunt opera: nisi enim se intellectui ipsius Abrahæ sic ingessisset, ut is non ambigeret hāc uocem Dei esse, frustra fuisset imperatum. Ut inquam uox ista Dei, soli Abrahæ notissima erat, certis uero omnibus impostoris esse uisa fuisset: sic que de fide in Christum, deq; innocentia Christiana dicturi sumus, non capient, qui fidem potius docti sunt quam experti. Nam & hic confestim video eos insultare ac dicere: Ego fidē habeo, ipsa tibi deest, quid me iudicas? In medium ergo producemus eos, qui sancte audent de se iactare.

Se iactare ac dicere: An experimentum queritis eius,
 qui in me loquitur Christi? .1. Cor. 13. de quorum fide
 dubitare impium fuerit: atque ut isti de hac controuer
 sia prouincient, audiemus. Qum Paulus gratiam tan
 topere amplificaret, non defuerunt qui oggannirent,
 quod & hodie quidam faciunt: si gratiae Dæi bonitas
 ac liberalitas in meo peccato manifestatur, quid uero etat
 quo minus impensissime peccē; ut Dei liberalitas omni
 bus nota fiat? Ro. 3. Et iterum: Manebimus in peccato,
 ut gratia exundet? Quibus respondit ad eum modum,
 quem paulo ante ex cap. 6. adduximus. Contra uero,
 qum uideret quosdam sibi fidere coepisse, propterea
 quod innocentiam tantopere exigit lex, dicit Christum
 nobis inutilem esse, si iusticia ex operibus nostris ueni
 at. Galat. 2. Et gratiam per Christum nihil esse, si ope
 ribus debeat salutis. Roma. 4. & 11. Hoc ergo in biuio
 constitutus cum esset, scipsum tandem prodit, ac exem
 plu facit, quo discamus, quid uero eis cueniat qui Chri
 sto fidunt, quomodo uidelicet per fidem, salutis securi
 sint, per infirmitatem autem carnis nunquam non pec
 cent: quamquam ea que peccant, ui fidei non imputentur.

DE LEGE.



ATIS superq; ab alijs dictum est, quid LEX qd.
 Lex, quid Peccatum sit, qua propter nos
 eos locos breuibus absoluimus. Lex nihil

DE LEGE

aliud est, quam æterna Dei uoluntas. Nā de legibus ciui-
libus aut cæterinalibus hic nihil dicturi sumus, quod
et ad extriorem hominem adtinet, nos aut de interio-
re nunc loquimur. Adde quod hæ leges pro temporum
ratione uariantur, ut in ciuilibus uidemus sæpe fieri: et
cæterinales per Christum in uniuersum sublate sunt:
positæ enim fuerant, ut aliquando corrigerentur, quod
et suo teumpore factum est. Hebr. 9. Diuinæ uero leges
que ad internum hominē pertainent, æternæ sunt: nun
quam enim abolebitur, ut proximum non debcas ama-
re sicut te ipsum: ut furtum, periurium, homicidium
reliqua inter flagitia non reputentur. Legem autē æter-
nam uel perpetuam Dei esse uoluntatem, ista probant
que Roma. 2. de exlegibus scripta sunt, quod iij uide-
licet ostendunt legem in mentibus suis esse promulga-
tam, cum ea faciunt que lex iubet: tanq; si tabula le-
gis ipsiis non sint præfixæ. At in corda nemo scribit nisi
solus Deus. Item per legem cognitio peccati. Rom. 7.
Et: Vbi non est lex, illic nec transgressio fit. Ro. 4. Legē
ergo à Deo cogimur profectam esse cōsideri, nam ipsi
ignorabamus quid peccatum esset, nisi uerbo suo Deus
manifestasset quid factum, quid omissum oporteat. Lex
ergo nihil aliud est quam doctrina de uoluntate Dei,
per quam scilicet intelligimus quid ille uelit, quid nolit,
quid exigat, quid uetet. Quod autem sit perpetua uolun-
tas Dei, ita ut de illa lege, que ad interiorem hominem
adtinet,

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIVS. iiij

adtinet, nunquam sit quicquam mutaturus, ipsius legis=
latoris uerbis patet. Matt. 7. sic inquit Christus: Omnia
ergo, quecunq; multis ut faciant uobis homines, & uos
facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Si omnia fa-
cta nostra ad hanc regulam sunt comparanda, æternā
esse oportet: nam nisi æterna sit, non omnia sunt ad
ipsam formanda. Deinde Rom. 13. docet Paulus, quod
omnes leges in hac una colligantur, & contineantur,
Diligito proximum sicut te ipsum. Omne igitur actio= nem,
nem, omne consilium, & quicquid ad proximum spe= ctat,
ctat, sub hac lege contineri necesse est. His breuiter ab= solutis,
runtur à nemine satis factum esse, facile intelliges: Ea sic explo= petuae uoluntatis Dei.
est. Qui fiat, ut ex eadem lege quædam seruemus, quæ randū est
dam uero amputemus. Quæ enim ad hanc regulā per= quid de le= dilecta, explorataq;, sub ea contineri cernuntur, nun litum.
adhibita, aboleri possunt: que uero minus, iam per Chri= stum antiquata sunt: finis enim legis Christus. Rom. 10.
& finis legis charitas. i. Timo. i. Christum ergo & cha= ritatem eandē rem esse oportet. Deus charitas est. i. Io. 4.
Qui ergo iam sub Christo merent, ad ea adstringuntur
que charitas iubet: quod illa non iubet, aut que ex ea
non profiscuntur, aut præcepta non sunt, aut inutilia
sunt. i. Corint. 13.



ECC A T V M autē bisfariam in Euān
gelica doctrina accipitur: primum, pro
morbo isto, quem ex generis autore con-
trahimus, quo amori nostri addicti su-
mus, de quo in hominis consideratione pro uirili dictū
est. Eum morbum intelligit Paulus. Rom. 7. qm dicit:
Iam non ego operor illud, sed inhabitans in me peccatū
tum. Peccatum ergo hoc, id est, uitium, morbus est co-
gnatus nobis, quo fugimus affera & grauia, sectamur
iucunda & uoluptuosa. Secundo loco accipitur pecca-
tum pro eo quod contra legem fit, ut per legem cogni-
tio peccati. Rom. 7. Actio ergo, quæcunq; tandem, que
contra legem fit, peccatum adpellatur. Videamus ergo,
ut inter se mutuo habeant: Peccatum morbus, & pec-

Peccatum legis trāsgressio. Morbus ignorat scipsum, quod
morbus sit, opinaturq; licere quicquid libet. Non sic sentit Deus, sed cum morbus omnia ad se trahit, sibi omnia
gressio. seruire, cupiditatq; suæ omnia subdi debere putat, co-
ercet legis falce hanc luxuriam. Lex enim propter trās-
Fontes le = gressionem posita est. Galat. 3. Non enim ignorat cor-
gis. dium cognitor, omnium idem esse ingenuum: nec Ther-
sitem minus esse sui amantem, quam Agamennonem:
Quod si nunc omnibus ex æquo laxentur habene, nihil
aliud sequi, quam ut quisq; uiribus polleat, ita sibi oīa
per uim subdere: hinc prædas, raptus, homicidia, parri-
cidia, & id genus humanae coniunctionis pestes emersu-

ras. Certis ergo finibus tam late expatiantem cupiditatem concludit. Iubetque ut quod tibi fieri nolis, alij ne facias. & contra, quod tibi factum uelis, alij facias. Atque ut facilius facias, Deique sapientia agnoscas, hanc legem quam naturae uocant, amore uelut condimento quodam edulcat, sic dicens: Diligit prolixum ut te ipsum. Dulcis res est amor, sed amara quaeque iucundissime fert: nam amanti nihil uidetur arduum. Magna ergo res, & aspira, quem uideatur esse, proximo facere quod tibi factum uelis, iucunda sit ac leuisima si ames. Sed hic reclamat uetus homo, Morbus, caro, Adam, peccatum: nam his ferè nominibus uitium hoc φιλαυτίας doctrina Apostolorum adpellat. Reclamat, inquam, caro, aut priscus Adam, omnium quamuis suipius contemptor: mauult enim libidini sue omnia cum exitio ipsorum seruire, quam auaricia, glorie, uoluptatumque cupiditati modum ponere. Hinc ira in legem ac legislatore, odium, insidiae. Odium, quod neque legem neque legislatorem declinare potest uel aufigere: si enim in cœlum ascenderit, illuc est: si ad inferos descenderit, illuc non abest. Insidiae. Hinc uiribus omnibus contendit, ut eum fallat, qui falli tamē nequit: cogitat, inuenit, concursat, ac post multa sic statuit: Tyrannus est qui ista exigit. Qui enim fieri possit, ut aliquis aliud non minus quam seipsum diligat? Veruntamen, cum sic immititer exigit, cauenda est uindicta. Facies igitur quod uersuta mancipia bonis, & & & id est, sim-

plicibus, & oīe Heris solent, fallaciam aliquam excogitabis, quā
 frugi, in- cæcatus consilium tuum non videat. Hic, fœnerator mut-
 nocētbus. nus aut sacerdotium adornabat: scortator, uirgini ie-
 num planè ieunium: proditor, preculas trepidas ac de-
 sperabiles. His lenocinijs plusquam stolidis, incautum sci-
 licet adobruituros esse sperantes, aut os oblituros, ut
 impune possint adulteriū, fœnus, proditionem exerce-
 re. Iam non audiebatur lex, non componebātur mores
 ad eius sententiā, nō rescindebātur quæ de honestabāt,
 sed omnino siebat homo sibi ipsi Deus: nam tametsi lex
 occideret, nihilominus tamē uiuificabat ipse se suis arti-
 bus ac spebus. Hinc impietas paulatim sic augescet,
 ut domi diceret: Non est Deus. Quamvis palam uultus
 simulatione testaretur se pietatem ipsam esse. Hæc pall-
 lo fuisus, ut uideamus quo pacto, Peccatum, trāsgressio,
 nascatur ex peccato morbo. Iam proximum est ut ostendamus
 quo pacto sumus à lege liberati & peccato.

Liberatio à Lege. A' Lege non sic sumus liberati, ut que lex uult, face-
 re non debeamus: nam Lex Dei uoluntas est incōmu-
 tabilis. Nullus enim omnino apex de lege excidet. Lu-
 cæ.15 Quomodo ergo legi sumus mortui per Christū,
 ut iam sumus alterius quam legis; quemadmodū Rō. 7.
 per similitudinem uxoris docuit Paulus? Sic sumus li-
 berati: Qui amat, libere omnia facit, etiam grauiſſi-
 ma. Immisit ergo Deus ignem in corda nostra, quo amo-
 rem sui pro amore nostri accenderet: & hunc ignem
 uult ardere. Luc.12. Promiseratq; hūc ignem & Baptis-

sta et Christus ipse in cœlū abiens. Act. i. Qui ignis cha-
ritas est, Et Deus charitas est: que si in nobis ardeat, ni-
hil iam coacte faciemus, sed libere iucundeq; omnia:
absolutio enī legis est charitas. Lex n. cū tedio ac sumu-
late siebat, cū non ardēret charitas. At ea, ubi accēsa est
non spectatur lex, tam abest ut metuatur: sed uehit in
oībus, et ad oīa charitas. Et sicut de his qui adfectibus
uineti sunt, dicimus quod ferātur: sic qui amore diuino
incensi sunt, eo spiritu ferūtur qui in ipsis ardet. Habe-
mus ergo unum genus liberationis à lege, quo per cha-
ritatem facimus quod Deo placitū fore scimus. Hoc enī
docet Ro. 12. Paulus, Deo gratum esse. Alterum genus
libertatis à lege est, qd' lex ultra damnare nequit, que
tamē prius iram, indignationē, iustāq; Dei uindictā ope-
rabatur Ro. 4. et Gala. 3. Deu. 27. ubi seuēre intonat di-
uina iusticia: Maledictus omnis qui non permanerit in
omībus que scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Chri-
stus ergo redemit nos de hac legis maledictione, qum
ipse pro nobis maledictum factus, id est, qum pro nobis
cruci adfixus est. Gala. 3. Et Ro. 6. Iam nō sumus sub
lege, sed sub gratia. Quod si sub gratia, non potest ergo
damnare lex: nā si lex aduc dānandi imperiū obtinet, non
sumus sub gratia. Christus ergo est qui legis irā fregit,
hoc est, q iusticiā dei, qua meritō in nos seuiisset, leniuit:
ac crucis asperitate pro nobis plata, sic demulcit, ut nō
modo liberos ex seruis, sed etiā in filios cooptauerit. qd'

si filij sumus, ut certe sumus Ro. 8. Galat. 4. iam supra
 legem sumus. Nam si filius nos liberavit uere liberi &
 ingenui sumus. Io. 8. Liberati ergo sumus à lege, cum
 legis timori caritas subrogata est. Qum enim Deus sic
 nos dilexerit, ut filium suum pro nobis tradiderit, nón=
 ne ad redamandum p̄r̄ omnibus accendit? nam pro
 iusto & amico fortasse aliquis mortem subeat, Deus
 autem qum inimici essemus, filium misit, qui liberaret
 & cohæredes suos faceret. Liberati sumus iterū à uin=
 dicta legis, nam Christus eam mulctam, quæ nobis pro
 peccatis nostris debebatur, sua calamitate soluit, A pec
 cato uero quatenus morbus est sic liberati sumus, ut no
 cere amplius nequeat, si Christo fidimus. Nihil enim
 damnationis his qui sunt in Christo Iesu, qui non secū=
 dum carnem ambulant. Quatenus autem transgressio
 est, eodem modo sumus liberati ab eius noxa, quo à le=
 gis ira. Rom. 8. Lex enim spiritus uitæ, quæ est in Chri=
 sto Iesu, liberavit me à lege peccati & mortis. Nam cū
 diximus Lex damnat, nihil aliud dicimus, quām pecca=
 tum quod contra legis uoluntatem fit, damnat. Vnde di
 ximus eadē ratione de liberatione peccati statuendū
 esse, qua de liberatione damnationis legis statutum est.
 Qum autem post hæc omnia in nobis ipsis experia=
 mur morbum aductant opere uigere, ut nunquam non
 peccemus, dixerimusq; salutis spem penitus nullā esse
 ijs, qui noui homines facti non sint, in ueterem nimirū
 desperationem

desperationem cogimur. Quocirca præparatis ijs quæ ad hanc difficultatem eruendam adtinent. Nunc docēbimus, quo pacto noui homines sumus, etiam qum ueterem aduc sentimus, hoc est, ut planè dicamus: Qui fiat ut ijs qui in Christo sunt, etiam si peccent non tamen damnentur. Ac ut hoc tum expeditius tum oportunius faciamus, Pauli uerba R.7. tractabimus.

Coactus fuit Paulus eandem questionem uentilare, cum controuersiam iustorum ex fide, & iustorum ex operibus componeret. Quorum isti sic obijciebant Rom.6. Manebimus igitur in peccato, ut gratia abundet? Cui obiectio sic occurrit, ut octauo tandem capite, quod colligi uult, pronunciet. Quò diligentem lectorum mittimus. Nos ab ipsis ordiemur, quæ potissimum ad hanc questionem expediendam uidentur. Sic ergo querit R.7. Paulus: Quid ergo dicemus? Num Lex peccatum est? Nequaquam, sed peccatum non noui, nisi per Legem. Concupiscentiam enim ignorauissem peccatum esse (paraphrasticos enim interim loquar) nisi Lex dixisset, Neconcupiscas: sed peccatum occasione capta per preceptum, ceu per gnomonem aut perpendiculari (est enim prosopopæia) dimensum est in me omnem concupiscentiam. Hoc est qum peccato Lex sum Pauli in manum uenit, iam uoluit omnia metiri & expenderet: tandemq; effecit, ut didicerim omnem humanam concupiscentiam esse peccatum: ex morbo enim omnes

scaturiunt. Atq; ut iste sensus sit, ostendunt quæ con-
tinue sequntur: Sine lege namq; peccatum mortuum est.
Me uobis exemplum facio: Ego uiuebam aliquando si-
ne Lege, qum per etatem legis nomen etiam ignorare.
Vbi uero præceptū uenit, iam reuixit peccatum. Erat
quidē morbus φίλαυτις & concupiscentiæ in me,
sed ego ignorabam hæc esse peccatum, putans licere
quod amor sui suauissim: sed cum promulgaretur Lex,
Ne concupiscas, iam reuixit peccatum: non quod noua
aliqua in me incesserit mutatio, sed qd' prius ignorau-
ram, iniquum, per legem sensi iniquum esse. Ego uero
mox ut uidi, concidi. Nam quicquid in me aspiciebā, cō-
cupiscentiæ carnis erat, oculorum, manuum, uentris, et
immensus quidam uitæ fastus. Vnde nihil nisi uitæ mihi
desperatio nasci potuit. Verū amen hoc interim non ta-
cendum est, ne quis ex hoc meo casu legem ceu uene-
ficij infamet, quasi illa me occiderit: Lex se mihi expo-
suit, ut ostenderet me prius mortuum esse: sed pernicio-
se non intellegere, quid mors, quid uita sit: uoluitq; me
scientiam. uitæ & innocētiæ restituere. Verum hoc cessit mihi in
mortem non legis, sed meo uitio. Nam peccatum, ut est
curiosum sed stolidum (en prosopopociam) malum, le-
gē ueluti regulā noctum, omnia emetiri cœpit. Et Lex
me decepit, nam maxima parte saltem, meipsum iustū
existimabam, sed uehementer fefellit opinio: sic enim
omnia scatebant flagitijs, sic omnia contaminata erat,

& impura

Lex ope- ficij infamet, quasi illa me occiderit: Lex se mihi expo-
rata est suit, ut ostenderet me prius mortuum esse: sed pernicio-
concupi- se non intellegere, quid mors, quid uita sit: uoluitq; me
scientiam. uitæ & innocētiæ restituere. Verum hoc cessit mihi in

mortem non legis, sed meo uitio. Nam peccatum, ut est
curiosum sed stolidum (en prosopopociam) malum, le-
gē ueluti regulā noctum, omnia emetiri cœpit. Et Lex
me decepit, nam maxima parte saltem, meipsum iustū
existimabam, sed uehementer fefellit opinio: sic enim
omnia scatebant flagitijs, sic omnia contaminata erat,

¶ impura, ut sicut dixi, protinus cōciderem. Nā ut ingenue dicā, nulla huius mei casus culpa legi debet imputari. Hec enim sancta est, similiter & praeceptum sanctum, iustū, ac bonum. Quod si nunc me putes ista dicere, ut hoc, quod bonum est, traducam, quasi ipsum mihi mortis causa sit, Erras: nam Lex nō occidit me, sed ego meipsum inueni, lege monstrante mortuum. Peccatum enim (ecce iam tertio prosopeia) ut adpareret quid esset, per bonam legem reddidit me mortuum: ut peccatum (ecce quarto) per legem, seipsum maximum peccatorum constitueret. Hoc est peccatum, legis admiratione captū, uoluit omnia per ipsam explorare: uerū tamen nihil effecit, quām se supra modum esse peccatorem. Atq; ista prima pars est, qua discimus nos nihil quām luem esse aliquam. Secunda, pungnam carnis & spiritus continet. Sequitur ergo.

Scimus enim, quod Lex spiritualis est. Ego uero, ut ad me redeam, quem pro exēplo proponere cōperā, carnalis sum, uenūdatus sub peccatū non aliter, quām nō & ὁ θεος aliquis, hoc est uile mancipiū, quod tāquam illiberi Cappadociē nihil nouit esse, quām mācipiū. Nā ut iugū meū intellegatis, qum iam ad Christū conuersus sum, aduc morbi tantū esse reliquū uideo, ut qum quid operari incipio, statī sic undiq; uitia ingruāt, ut cōtra, quām per fidē cupiā, opus egrediatur. Et sic fit, ut quod

facio, nec agnoscam, nec probem. Non enim hoc facio,
 quod statueram iuxta fidei consilium, sed contra po-
 tius hoc facio, quod odio habeo. Nū attendite an uspiā
 legem accusem. Qum, ut dictum est, hoc facio quod no-
 lo, tacite consentio legi, testimoniumq; ei perhibeo,
 quod bona sit: nam ipse quod Lex iubet, ea gratia sta-
 tueram facere, quod bonum uideretur. Qum igitur, a=
 liud iuxta rationem fidei statuo, aliud autem longe di=
 uersum facio, ego nimisrum hoc non facio, sed peccat=
 tum, quod in me habitat, id est, morbus, cui omnes ob=
 noxijs sumus. Noui enim, quod in me, hoc est, in carne
 mea bonum non habitat. Neq; carnem hic putetis me
 adpellare, que nobis cū bubus cōmunijs est: quis enim
 ignorat in ista nihil boni esse? aut quid magni dixisset
 qui negauisset isti quicquam boni adesse? leuius hoc es-
 set quam apostolicam grauitatem deceat: sed de toto
 homine loquor, qui nihil quam caro est, si sibi permit=
 tatur. ut Gen. 6. Deus ipse loquutus est, nihilq; cogitat,
 aut statuit, quod malum non sit. Attamen, si spiritus dei
 accedit, qui illuminet, ut se homo deumq; agnoscat, iam
 trahit homo ad partes suas, nihil quam uoluptates pol=
 licens: spiritus uero contra, ad se trahit, promittit erū=
 nas, et delicias tandem aternas. Hic certamē nascitur,
 nam dum spiritui aurem præbeo, ad pie uiuēdum ani=
 mum induco: rursus cū carni ausculto, torpet ista, re=
 nuitq; se qui: sic fit, ut uoluntas mihi adsit quidē, sed cū
 rem

rem effectam dare debo, sic omnia desident, ut nihil faciam: non enim bonum quod uolo, sed quod nolo ma-
lum hoc facio. Qum ergo quod ipse, quatenus spiritui
obtempero, nolo, tamen facio, iam non ego istud facio,
sed uehemens iste peccati morbus, qui in me habitat.
Inuenio itaq; legem, qum quod bouū est, facere statuo,
quod mihi malū simul tenacissime adhæret: sentio enī
haud parum delectationis in interiore, hoc est spiritus
aurem præbente, homine, qum legem Dei audio, neq;
ad illam componere incipio: sed simul video aliam le-
gem in membris meis repugnantem legi mentis meae
iam spiritui obtemperantis, quæ membrorum, siue
Lex, siue uis, me captiuum trahit sub Legem peccati,
quæ in membris meis est. Loquor uobiscum altis qui=
dem sententijs ac grauibus, sed simplici sermone: quā=
uis eum pro uiribus condiam, ut fœliciter illabatur.
Hoc diserte uolo. Quod, dum consentio per interiorē
et à Deo doctum hominem legi Dei, et me iam ad eā
formare ordior, subito profilit ueteris hominis uis, ac
aliò me rapit: hūc uidelicet, ut quod statucram deserā,
et ad carnis castra deficiam: sic distrahor, sic ambigo,
sic nec coruus sum neq; columba, ut me mei supra mo-
dum pigeat, Qum enim mens deo iam addicta illi uni-
ce hærere, et quæ ei placita sunt facere, satagit, prott
nus rapit me carnis impetus ceu turbo uehemens, et in
peccati neruos captiuum coniicit. Illic tum incessanter

his uel consimilibus iugemisco: ô me infelicem hominem, qui per dei gratiam quod uerum rectumq; est, cognosco, sed qum sequi tento, per hanc pollutam carnem, aut potius impotentiam ac mortem alio distrahor. **Quis Deus dabit ut liberer ab hoc corpore, quod mors rectius quam corpus deberet appellari?**

Hactenus ô carissimi fratres, dissidium, quod inter legem & ueterem hominem intercessit, declarauimus, hinc ascendimus à lege & ueteri homine, ad ueterem hominem & nouum, feciq; ex uno homine duos: internū, qui spiritui obtemperat: & ueterem, qui à lege sua nusquam discedit, hoc est ab amore, ac existimatione sui. Inter istos nūquam non bella inuenis: caro enim cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Hinc perpetuae pugnæ, uincit nonnūquam caro, quamvis non omnes copias spiritus fundat: hoc tamen efficit, ut non quod uolumus, faciamus. Quo sit, ut christiani hominis uita, ut ab his, quæ extra nos sunt, nihil accidat, continua tamen pugna sit. Que & metoties contristat, turbat, & pia uota confundit, ut quemadmodū iam iam dixi per impatientiam desperationisq; propinquitatem crebro exclamem: Infelix ego, quis liberabit me de hac miseria? Nūc uero tercio loco, ne quicquam uobis desit, ostendā quid me in eiusmodi angustijs cōclusum soletur: scitote igitur, quod qum, ad hūc modum, diu multūq; intra me pugnai ac fudaui, nullū iucundius

iucundius remediu adspiret, quām qum Christi mētio
incidit: hoc cōprehēso, lētus enato, qui naufragio pro
ximus fuerā: sic enim reputo, Deus ille, qui filium suū
pro te expendit, nihil negare potest, & imbecillitatem
tuā nō ignorat: cūq; te aliquādo lōge latius absentē ab
eo, nempe hostē in gratiam receperit, multo magis nūc
qum ille ipse filius eius reuixit, saluum faciet. R.o.s. Hic
iam remittere incipiunt estus illi & paiores, hic ani=
mus quiescere, ac omnia respirare. Quod ubi factū est,
iam ad gratiarū actionem accingor, quam & Deo pa=
triq; meo ago per Christum Iesum dominum nostrum.
Ad sunt autem iterum aliæ pugne, quod ea gratia di=
co, ne securi & oscitantes post unam alteramq; pu=
gnam imprudentes in discrimen incidatis: atq; post il=
las item aliæ, ut non aliter uidetur mihi habere Chri=
stiani hominis uita, quām immani tempestate nauis hūc
illūc lactata, quām nauis nunc gubernaculis paulu=
lum dirigunt, nūc uentorum impetui dare coguntur.
Quod ego ipse, si quisquam, in me expertus sum: nam
quantus quantus sum, sentio tamē interim me Deo, inte=br/>rim uero carni seruire. Perstat mens in meditatione ea=rum actionū, quas Lex dei iubet, Deum amat, eius misericordia fudit, ei placere in omnibus studet. Perstat et caro, quæ ingenium haud magis mutat quām vulpes ac lupi. Eadem efficit, ut nolēs peccem, mēte cōstater

per immotam spem Deo adfixa. Non dubito autem, ut cuius potest contingere quod cuiquam, uobis idem euenire quod mihi: ut enim nemo est à morbo isto liber, ita nimis neq; à pugna. Erit ergo istud in hac re tanquam sacra ancoratenendum, ut à spe tamen & gloria filiorum ac hæredum Dei nullatenus excidamus.

Ro. 8. Ni=
bil ergo
damnatio
nis. &c.
Quod si firmiter tenuerimus, ut postremam manum
huic difficultati imponam, nulla nos attinget damnatio:
sed ea lege, ut secundum spiritum ambulemus, non
secundum carnem. Veruntamen, ut intelligatis quid sit
secundum spiritum ambulare, quatenusq; istud nobis,
dum in mundo agimus, concedatur, aduertite: Vitalis
ille spiritus Christi, quem si propter oppositionem pla:
cet uocare legem spiritus, uocetur, quo me, per ipsum in
cordis penitentibus sentio, liberum esse à iusta Dei iuri
dicta, & in coheredem suum cooptatum: is, inquam, spi:
ritus liberavit me à lege, hoc est ui atq; necessitate pec:
cati & mortis. Cum enim hactenus per legis opera sal:
ui fieri non potuimus propter carnis imbecillitatē, ideo
misit Deus filium suum carne indutum, nostræ morbo:
sæ ex omni parte, præter morbum ipsum, simili, & ille
damnauit morbum, quod tantum scelerum quotidie in
nobis excitauerit: damnauit autem sua carne, hoc est,
quum ipse iuxta humanam imbecillitatem mortem pro:
nobis pertulit, ut iusticia legis, quam nemo facere pote:
rat, eius opera in nobis impleatur: quod enim ipse un:
quam

quam uel fecit uel tulit, nobis tulit. Vnde et eius iusticia nostra iusticia est: si modo non secundum carnem ambulauerimus, sed secundum spiritum. Qui enim carnales sunt, carnalia consultant, cogitant, sectantur: contra, qui spirituales sunt, quae spiritus sunt cogitant ac sectantur: tametsi crebro uitia incident, ut uita nostra non sic exeat, quemadmodum eam apud interiorem hominem finixeranus. Arx firmiter tenenda est, ne scilicet nos totos carnis sensu dedamus: etiam si intellegamus ea crebro contra uoluntatem spiritus nos ad peccandum trahi, negandum tamen semper est illi imperium, semperque oculi redaperiendi, etiam si septies in die propter carnis nebulas cæcutiuerimus: at semper de nouo lex, hoc est Dei uoluntas spectata, innocentiaque denuo molienda. Acriter ergo cauendum, ne spiritu spiritus sensu, carnem sectemur: sensus enim, aut consilium carnis mortem presentem adserit. Contra uero, consilium spiritus uitam ac pacem parit. Sensus, cogitatioque carnis, inimicia est contra Deum: legi enim Dei millo patto obtemperat, nec cogi potest ut obtemperet. Vnde facile uidere potestis quid sit carnaliter, quid uero spiritualiter uiuere. Carnaliter uiuere, est totum carnis imperio adductum, ac alienum à spiritu esse: spiritualiter autem, spiritui obtemperare, à fide nusquam discedere: etiam si caro interim à contagione peccati non est aliena. Qui ergo in carne sunt, Deo placere non pos-

DE PECCATO

Sunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si modo spiritus Dei habitat in uobis. Tunc autem habitat in uobis, si fidatis filio dei, quamuis temporaria sitis carne circudati. Qui autem hunc Christi spiritum non habet, hic non est eius. Quid uero Christus in uobis est, ut apertissime loquar, corpus nihil sequius mortuum est propter morbum peccati: spiritus autem uiuus est propter iusticiam non tuam, sed eius, qui tua factus est iusticia. Talis res est Christianus homo, ut corpore nunquam non sit mortuus: ac contra, quum mens eius deo habet, spiritu simul nunquam non uiuat.

His Apostoli uerbis expeditam esse arbitramur difficultissimam questionem, qua haeremus, qui fiat ut innocentia exigatur, quam praestare nulla uia possimus, & tamen Christus pro omnium delictis efficax pignus sit: nam simul constare nequeunt innocentia salutē parari oportere, & Christi iusticie omnia condonari, ea maxime causa, quod salutē nostro marte adsequi nequeamus. Et quamvis ei obiectioni, quam supra diximus, sat fastū sit, tamē ne rudiusculis quibusdam quicquā defit, denuo respondebimus. Obiectū erat hac amplificatione gratiae per Christū leues redi, ac dissolutos, qui Christiani uocantur. Sic ergo respondemus. Qui Christo fidunt, noui homines facti sunt. Quomodo? an' posito pristino corpore, nouū induere corpus? Minime, sed manet pristinū corpus. Manet ergo haereditarius simul morbus? Manet. Quid ergo est qd' in ea instauratur?

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIVS.

Mens. Quo pacto? Isto, quod prius erat dei ignara: ubi autē dei ignoratio est, illīc nihil quām caro, peccatum, existimatio sui est. Postea uero quām Deus agnoscitur, iā perspicit homo se intus et in cute, cognitūq; abiicit: quo sit ut simul omnia opera sua, ea ctiā, quae hactenus bona solebat cestimare, uideat nullius esse pensi. Qum igitur per illuminationē cœlestis gratiæ mens deū agno scit, iā nouus homo factus est. Qui enī prius cōfidebat in sapientia sua, in operibus, opibus, aut uiribus, iā in sōlūdeum sperat. Qui prius omne cōsiliū aduertebat, ut sibi bene esset, nulla honesti aut dei habita ratione, iam ad hoc unū intentus est, ut nihil pristinæ cōsuetudinis seruet: sic uero se ad dei uolūtati formet, ut nusq; offendat. Dū autē corpus ppetuò mortua quædā opera parturit, deplorat hic noster perpetuò quoq; eā calamitatē ac miseriā. Eheu bone Deus, quid sum, quām inexhausta malorū sentina: iterū atq; iterū pecco, neq; finē facio, quādo tandem liberabis infœlicē de hoc luto in quo hæreo? Vide obiter an' christiana uita sit perpetua pœnitentia nec ne. Hæc autē deiection, quid aliud est quām mors? Attamē qum hic mens p dei spiritū à spe nō excidit, nōne reuiuiscit iam conscientia, quæ paulo ante cōciderat? Hæc est ergo Christiana uita, qum spes in Deum per Christum nunquam labascat, etiam si homa per infirmitatem carnis absque peccato non sit, tamen hac uaria ratione superet, quod se ei non dedit, sed

DE PECCATO

quotiescūq; tādem cadat, semper resurgit. Certus quod
qui Petro dixit septuages septies ingnoscendum esse,
ipse non minus quàm docuit ignoscat. Videmus, ut exē-
pli causa dicamus, quiddam non dissimile huic senten-
tiæ in arborum infestatione fieri. Effudit Agricula silue-
strem pyrum, transplantat in terram cicurem, ac pinguem: ubi iam hospes arbor in aliena terra radices ie-
cit, caput ei putatur, ac mitum arborum surculi inse-
runtur, qui deinde simul cum trunco adoleescunt. Sed
uide quàm dissimilcm foetum edant, gemmant gene-
rosi calami, ac pyris onusta brachia, qum tempestiuū
est colono prebent: contra uero, armat se truncus spi-
nis asperisq; stolonibus: quos nisi pampines, audent
et ipsi moliri foetum suum. Quanto uero ipsos magis
augescere pateris, tanto magis uero mitiq; surculo de-
trahitur. Siluestres pyri homines sumus: nolo enim
ad morem Pauli, R. 11. de olea loqui, Germanis ac ferē
Gallis ignota arbore: qui dum cœlesti doctrina imbui-
mur, in nouam terram serimur. Abnegari enim opus
est eum, qui Christum sequi vult, et audire solummo-
do, quæ ille iubet aut monet: quod quid est aliud quàm
è silua in hortum pinguemq; terram transponi? è ter-
ra in cœlum transplantari: sed uide quanta sint et
quàm difficultia, quæ simul nisi fiant, frustra hanc satio-
nem tentemus. Caput rescindi oportet, hoc est sensum
nostrum, sapientiam, cogitationem, consilium, et in-
eius

eiū locū cœlestes surculos inseri, hoc est, cognitionem
et spē rerum diuinarum. Inserimur ergo superne, et
sicut truncus simul cum calamis augebit, sic et corpus
ingenium suum seruat, etiam si mens per cœlestem spi-
ritum immutata sit. Iam spiritualis mens fructus edit,
quos Paulus Galat. 5. describit. Profert et caro abortus
suos, non aliter, quam truncus stolones et spinas. Atta-
men, ut ista sine intermissione resecantur, sic et uitia
que ex trunko carnis prodeunt, continue studioseq;
amputata oportet, ne in tantam amplitudinem fil-
uescant, quo aut fructus cicures adobruere, aut succum
detrahendo unminuere possint. Erruntur autem, et spi-
ne nonnūquam in caudice florescentes, ut eis infestus
arceatur caper, donec sic emineant, ut nocium dentē
euitare possint. Sic et in nobis, quā mens pia est, quā
oriuntur scelerā in usum aliquē prosunt: scimus enim,
quod deum diligentibus, omnia cooperantur in bonum
Ro. 8. sed nō sic prosunt, ut perpetuò tolerari debeant,
uerum usq; ad eum usum quem dominus per ipsa effe-
ctum uult. Peccauerat David sic, ut nūquam quicquid im-
pud Iudeos factum sit impudentius: sed dominus hac
eiū audacia sic abusus est, ut eum per omnem uitam
ab elatione tueretur. Sic et Pij homines, qui mente do-
mino adh̄erent, crebro spinarum ortu, id est, peccato-
rum scaturigine, nihil quam imbecillitatem suam di-
scunt agnoscere, se seq; dei scire: ne innocentia sua, ut

putant, elati, cadant in laqueū Diaboli. Texit hanc sententiam pulcherrime Christus allegorico sermone. Io. 13.
 quā Petrus sic docet: Qui lotus est, non habet opus, quā ut pedes lauet, sed est mūdus totus. Quid sapientissime magister, quomodo mundus est aut lotus, qui tā
 impuros pedes habet, ut ablutione opus habeant? Alii pedes non sunt corporis pars? Quomodo ergo totus est mūdus, cuius pedes aduc immundi sunt? Addit ergo Christus: Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enī inquit Euangelista, quis nam esset qui eū traderet. Mundi erant omnes præter unum, quia in fide hactenus perfraterant. Cuius rei testimonium Christus eis præbet Lu-
 ce. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sed immundus erat Iudas, iam enim de proditione cum Iudeis cōuenerat. Aduc deerat reliquis apostolis quiddā: sed quod deerat, nocere non potuit, quā
 diu arx fidei teneretur. Qum ergo apostoli mundi pronunciantur, quod à fide non desciuissent, etiāsi per hāc pollutam viam incedendo quicquam pulueris adhæserat, constat planè, quod si fides in Deū salua sit, ac ciuius integræ copiae, quod reliqua que accidunt, perdere nequeat. Abluntur autem perpetua ista, quam diximus, pœnitentia, & in Christū fide. Tractat eandem sententiam Paulus R. o. 8. Posteaquam enim dixisset corpus quidem mortuum esse propter peccatum, spiritum autem uiuum propter iusticiam in Christo inuentam, probatiois loco iungit: Si enim spiritus ciuius, qui excitauit Iesum ex

mortuis, habitat in uobis, nimirū qui Christū excitauit
uiuificabit & mortalia corpora uestra propter spiritū
eius inhabitantem in uobis. Sed nō aliter uiuificabit, q̄
ut corpus perpetuō sit mortuū. Sic enim postea loquitur:
Vanitati enī creatura subiecta est nō uoles, sed per eū
qui subiecit eam spei, quod ipsa liberetur à corruptiōis
seruitute, restituaturq; in libertatē gloriæ filiorū Dei.
Experti .n. sumus quod oīs creatura, hoc est oīs homi-
nes (sic .n.) & Christus oīs homines adpellat Marci. 16.
Prædicate Euāgeliū omni creaturæ) ex æquo gemūt &
dolet quām diu nūc, hoc est in hoc tēpore uiuunt. Adeo
etia, ut nemo nos, qui primarij sumus apostoli (propte-
re a qd' primi spiritum sanctū accepimus) ab hoc gemitu-
ac dolore debeat excipere: a que .n. atq; cæteri propter
carnis inobedientiā gemimus, cupiētes dissolui, et cum
Christo esse. Et paulo post, eū gemitiū & angorē clarius
explicat: Similiter & spiritus auxiliatur imbecillitatib-
us nostris. Spiritū aut̄ hic intelligit spirituale hominē,
qui per Dei spiritū sic erectus est in Deum, ut illū solum
suspiciat. Is ergo spiritus noster, qui nihil aliud est q̄ si-
des in & per Deū, incessanter dolet de imbecillitatibus
nostris. Nā nos nō uidemus quid oremus, sēpe .n. fit, ut
egestatē morbū humilitatē deprecemur: hic iā spiritus,
hoc est fidelis mēs intercedit p nobis, gemitiibus inedi-
bilibus. Quātus .n. putatis generatur dolor mēti deo ad-
dictæ, quum carnē. i. hoiem carni tātope obnoxiiū, hoc est
amoris sui, ppetuō uidet ea solūnō precari, q̄ ipsa cupit,

nunc vindictam, nunc gratiam hominum aut rem? Ge-
mitus ergo menti ex ista constanti carnis stulticia nascit
tur, quos nemo nouit, quām is qui in his angustijs con-
stringitur. Quod autem iste sit germanus huius Pauli
loci sensus, probant quae sequuntur. Is enim qui cor
da scrutatur, nouit quod nam sit cōsilium aut cogitatio
spiritus. Spiritus ille sanctus, quo omnes et spiramus et
Deo fidimus, cor non habet. Loquitur ergo Paulus de
spiritu qui cor habet, hoc est de hominis spiritu, id est
pia mēte. Et est sensus: Audet homo, ut est sui studiosus,
nonnunquam à Deo petere quae & equum non est, ipsum
dare, aut hominem accipere. Hic protinus pia mens su-
dat, propter audaciā carnalis hominis (nam hic quem-
uis omnino hominē duos facit Paulus) et ad Deum cla-
mat flebilibus quibusdam, ac nobis inexplicabilibus ge-
nitibus, dolens de pertinaci stulticia, ueniamque prece-
tur. Quod si hoc tum fit quum orando erratur, quanto
magis quum peccando delinquitur? Configutus spiritus ad
Deum, queritur male paruisse carnem, pudet etiam atque
etiam uenisse, hinc tedium uite et carnis. Sed Deus,
qui corda nouit, planè uidet quid fides aut pia mens co-
sultet: nempe quod sollicita sit pro salute hominis, et
nunquam non clamet ad Deū, pro sanctis, id est fidelibus
seipsis scilicet. Dat autem benignus Deus, ut ea, pro quibus
piamens anxia est, in bonum cooperentur. Mortuus er-
go perpetuō est homo, id quod ex operibus eius decla-
ratur.

ratur: uiuit simul perpetuo, quod ex mentis angustijs sentitur. Iam uide, an doctrinam istam capiant, qui fide correcta in Deum non sunt.

DE PECCATO IN SPIRITUM

Sanctum.



VM EX supradictis facillime colligi posset quid nam sit peccatum in spiritu sanctum, oportunum duximus hoc loci de ipso differere. *Qum ergo Christus Mat. 12. ait: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus.* Et qui dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui uero dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in isto seculo neque in futuro. Claram est ergo ex superioribus Christi uerbis, *Io. 13.* Qui lotus est, non opus habet quam ut pedes lauet. Quod si fidem habeas, nullum omnino peccatum sit quod non deleatur. Nam ubi fides est, tam si nunquam non sis peccator, nunquam tamen desinis infelicitatem propensionis ad peccandum deplorare, semper te deuio forma re coepias. Contra uero, ubi fides non est, illuc nec peccati ratio habetur, nec timoris Dei. Simule et inter quis que quicquid uelit, murmuret, ieunet, esurientes patescat, si fidem in Deum non habeat, fucus sunt omnia ista, glorięque precium. Summa igitur in deum blasphemia

est ei nō fidere. Ex qua deinde manifestae cōtumelie procedunt: dicit enim impius in corde suo non est Deus, qumq; hoc dixerit, iā et opus Dei blasphemat, quemadmodum dicto loco Matt. 12. hypocrita faciebant. Adparebant simplici popollo ardentissimi esse Dei cultores, qum eſet atrocissimi hostes: hinc opus Dei blasphemabant, qum enim Christus ui diuina dæmonem hospicio humano pepulisset, dæmonū principis ui factum eſe calumniabantur: que calumnia non aliunde quam ex perfidia proficiſci potuit. Quod enim Christum nō credebant Dei filium eſſe, in causa fuit, ut opus illius calumniarentur. Quod autem prorsus ἄθεοι, hoc est animi nūmīnes essent, causa fuit quod Christo non crederent: si enim nī si Deo fisi fuissent, fieri non potuiffet ut Deum non agnolbet. Scerent. Sola ergo perfidia, quam et infidelitatem et incredulitatem uocamus, est que nunquam remittitur: nunquam enim tenet aut colit Deum, nunquam metuit eum, nūquam se ad eius uoluntatem componit, nunquam peccata uitat ne cum offendat. Contra uero facit peccatas, apud Deum perpetuò est adfixa, utpote apud unicum theſaurum, unico adhæret, unicum colit, ab illius uultu pendet, cauet ab ijs que eum offendunt: qum uero ista per imbecillitatem admisit, anxio fletu errorem deplorat. Hic nulla est peccandi securitas, sed uigilans ac fida statio ne aliqua parte peccatum obrepat. Nullus ergo tā diligens custos est, qui caueat ne pecces, q; fides.

Quod

HVLDRY. ZVING. COMMENTARIUS.

Quod autem Iohannes. i. cap. 5. de peccato ad mortem dicit,
nihil aliud intelligit quam incredulitate, quod propius intuen-
ti facile patet. Si, inquit, quis uideat fratrem suum pecca-
re peccatum non ad mortem, obsecrabit et impetrabit, uel
dabit ei uitam, ac nimis omnibus non peccantibus ad
mortem. Est namque peccatum aliud ad mortem, pro illo non iubeo ut
quod oretur: aliud autem non ad mortem, pro isto ergo debetis orare:
Ut quem quis iniuria quem adficit, grauis res est: sed
quanto grauior est, tanto nos qui membra inter nos mu-
tuo sumus, debemus orare Deum, ut noxam tam immane-
remittat. Sed ut peccatum in spiritu sanctu, fideique culto
dia clarius intelligatur, adiungit: Scimus, quod omnes qui ex
Deo natus est, non peccat. Quomodo amississime Christo
discipule non peccat, quod ex Deo natus est, cum ipse neges
quenque esse mundum; aut ex Deo nemo natus est: oes enim natum
peccamus et offendimus in multis oes; ex Deo ergo na-
ti sumus? Et uos qui primitus spiritus accepistis, genu-
tis, aut peccatum gemitis: quomodo ergo ex Deo nati
estis? Vide ergo ut respodeat, ac seipsum exponat diuinus homo. Verum, inquit, qui ex Deo natus est, custodit
seipsum, et malus demon non attingit eum. Ecce custodiā
ac diligentia, ne uidelicet pecces: et ubi peccasti, sollici-
tudine ut lacrimis abluas, et denuo non pecces: quam anxi-
tatem non habet quod increduli sunt. Desideret multi multa de
peccato in spiritu sanctu, eo quod ueteres tot ambagibus
in ea materia totque simibus pigratis difficulter uiderint quod

nam sit, nos istis contenti sumus: neq; enim Angelus de
cœlo aliter docendo efficere posset, ut fidelis mens
crederet aliquod esse peccatum quod per Christum
non expietur, hæc enim est solida fides in Christum:
relinquit ergo solam esse incredulitatem, cui uenia
denegetur.

Iam impostoribus istis qui ne taceant (qum ferre ne
queunt omnia peccata per gratiam Christi ablui, mal-
lent enim ipsi accepto precio, & si non expiare pos-
sint uideri tamen) qui inquam ne taceant, dicunt Chri-
stum, pro originali modo culpa perlita se, aut pro eo-
rum tantummodo peccatis, qui ante ipsum fuerunt.
Quorum errorem, uel unicum istud Baptiste præconi-
um: Ecce Agnus dei, qui tollit peccatum mundi, simul pro-
fligare qum posset: non enim originale peccatum tan-
tum est in mundo, tollit autem Christus omnia mundi
peccata. Volumus nihilominus clarissimum Ioannis.
cap. 2. testimonium nō omittere, ne quā quid posint ob-
tendere. Filioli, inquit iste, hæc scribo uobis, ut non pec-
catis: & si quis peccauerit, aduocatum habemus a
pud, uel erga patrem Iesum Christum iustum, & ipse
est propiciatio pro peccatis nostris: & non pro nostris
tantum, sed pro totius mundi. His ergo testimonij con-
tentis hic erimus qum superius abunde probatum sit
Christum omnibus esse salutarem. Vera ergo Chris-
ti religio hæc est, qua miser homo de se ipso desperat
et omnem

Et omnem cogitationem fiduciamq; in Deum iactat,
 certus, quod is nihil negare posse, qui filium suum pro
 nobis impendit: Et quod filius, qui & que deus ac pater
 est, nihil negare potest, qum noster sit. Falsa uero reli
 gio inane Christi nomen circuifert, qum spes suas alibi Falsa Religio.
 habeat: alius enī peccata sua ut abluat, ebrios cantores:
 alius monachos ad iejuine psallendū conductit: alius am= =
 bitiosas cædes excitando: alius preciosam uestem cōcin= =
 nando diuorum alicui, mercari se putat fœlicitatem:
 alius proprijs, alius alienis nititur operibus, & bre= =
 uiter quotquot ciuitates sunt, tot & dij sunt: quælibet
 enim habet peculiarem aliquem diunum, cui tutelam
 suam acceptam fert. Quemadmodū & Hieremias que= =
 ritur. 2. cap. Secundū numerū quippe ciuitatū tuarum
 erant dij tui luda. Det Deus optimus maximus, ut cæ= =
 citatē nostrā omnes agnoscamus: & qui hactenus crea= =
 turis hæsimus, iam creatori adfigamur: ut is nobis uni= =
 cus thesarus fiat, apud quem cor nostrū ueretur. ha= =
 ctenus de colophone & capite Christianæ religionis:
 satis enim arbitramur istis qualibuscunq; fieri ijs, qui
 pijs sunt ad uidendum, quo spes suas destinare, & unde
 auellere debeant.



DE CLAVIB VS.

Claves ni
 LA V I V M materia qum nō modo co= hil aliud
 gnata sit Euangelio, sed nihil pœnitus a= sūt quām
 liud sit, quam ipsum Euangelium, nō alio Euāgeliū.

loco cōmodius tractari quām isto potest. Rem diximus absurdā iudicio quorūdā in conclusionibus nostris, germanice scriptis, qui nihil rectū putant, quām quod ipsi faciunt. Sed non pœnitet eius sententiae: non enim apud nos nata est, sed cœlo delata. Nos enim de clavibus nihil quod non ipse dei filius, os ueritatis, scientia in contumaciam prodiderit, attulimus: seuiant nunc Pontificij, cōmententur glorie animalia quicquid libet, nos ei sententiae sic inducūsi adhærebimus, ut eadē opera possimus à Deo, qua ab ea distrahi.

Non constat sibi Falsa religio in explicatione clavium, neq; quid sint, neq; ubi date sint. Quidā enim claves esse putat autoritatem sacerdoti donatam, qua ipse possit soluere, ac ligare pro suo arbitrio: et ideo in absoluendi formula, ut uocant diserte sic præeunt: Dominus Iesus Christus te absoluat, & ego autoritate ipsius qua fungor absolu te. &c. alij uero uim omnē Dei uerbo tribuunt, administerium uero sacerdoti, haud tamē magis quām instrumento uel organo. Quibus cū bene actum est, ut hanc opinionem suam effuderint, prius quam Romani pontificis regnum tantopere dilatatum esset, hodie enim haud impune dicherent ista: quamuis non recte senserint, utclare patebit. Vbi uero date sint sic inter se non consentiunt, ut mirum sit qur Ro. Pontifex (quandoquidem solus scripturam iudicare debet, ut isti somniant) non lege aliqua pronunciauerit ubi nana

nam dñe sint, ne in re tanti momenti, aut potius emolumenti tantū dissidiū eſet. Facile autē potuiffet, nā etiā decreuit quod animae nō emoriātur, qum corpus extinguitur: sed absint risus, ubi impudentē impietate tā pro caciter loquēte audit pietas. Sic ergo olim de Clauibus diximus. Clauiū uocabulū hac ratione à clave reſratoria ad animi libertatē trāsumpta eſt, quod que abſtrusa ſunt & uincta, clavi pateſiunt ac retegūtur: nā cōſcientiae eodem modo clauſe ignotaq; ſunt omnibus quam ſibi pſis. Sicut ergo, quæ obſerata ſunt, ſine propria clavi prodi nequeūt: ſic & cōſciētiæ ſolui libereq; reddi nequeūt, niſi germana clavi id fiat. Liqueret igitur, uel hinc quod ſolus deus mente absoluerere potest, ſi ratiōibus res eſet, ac ſimilitudinibus gerēda. Sed audiamus quid os domini dei noſtri loquatur. Qum, ut Mat. 16. legimus, Christus diſcipulos p̄cōtaretur, quem nā ſe eſſe putarent. Reſpondit omnium nomine Petrus, ut & omnes interrogati erant: Tu es Christus filius dei uiui. Cui iterum Christus: Beatus es Simō Bar Ione, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Et ego tibi dico, quod tu es Petrus, & in hac petra Edificabo ecclesiā mēam, & portæ inferorum non p̄ruealebunt aduersus eam. Et D A B O tibi claves regni cœlorū, & quodcuq; ligaueris ſuper terrā, erit ligatu in cœlis: Et quodcuq; ſolueris ſup terra, erit ſolutū in cœlis. Hic primū iſtud excutiēdū eſt, quo ſe

uelut Herculis clava tueruntur, qui claves cōmenticias, &
 adulterinas miris artibus elaboratas prodiderunt. Id
 ipsum aut̄ est: Videmus, inquiunt, hic luce clarus, solū
 Petrum Christo respōsum dedisse, Christūq; soli Petro
 loquutū esse. Quo fit, ut claves nullius esse possint, quām
 Petri, & cui ipse communicauerit. Considerandum est
 igitur, quod sicut Christus discipulos omneis interroga-
 uerat, sic & Petrus omnīū nomine respondit: tam & si
 hic Euangelista de nullo alio mentionem ullam faciat.
 Facit autem omnium duodecim mentionem Ioannes. 6.
 quum eandem responsionem describit, ad hunc modum:
 Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & uos multis
 abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quē
 ibimus? (ecce ibimus dixit oīm nomine, non ibo.) Verba
 Meruit la- uitæ æternæ habes, & NO S credi M V S, & cognoui
 timis non = M V S, quod tu es CRISTVS filius Dei. Quod si ista
 nunquam responso: Tu es CRISTVS filius Dei, meruit, ut cla-
 accipitur ues promitteret, ut certe meruit, omnibus ergo pro-
 missæ sunt claves: nam omnes prædicauerūt Christum
 esse filium Dei, ut hic Ioan. 6. iam auditum est. Est autē
 hoc Euangelistis peculiare, ut nonnunquam in commun-
 ne discipulis omnibus sermonem tribuant, ut Luce. 22.
 Num quid uobis desuit? At illi dixerunt: Nihil. Non
 nunquam uero uni, ut hic Mat. 16. & 10. 6. ubi uterque
 Petrum tantū respondentem facit, sed alter manifeste oīm
 nomine. Iterum hoc apud eos inuenias, quod aliquis eo-
 rum

rum alicui uni certo tribuit, quod aliis in generc di-
 scipulis. Ut Luce. 9. Ait autem Christus uidelicet, ad il-
 los: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: No sunt
 nobis plures quam quinq; panes, & duo pisces. Vide-
 mus hic ab omnibus dictum esse: Non sunt nobis. &c.
 Qum tamen Ioannes. 6. diserte hunc sermonem tribuat
 Andre & Simonis fratri. Inuenias & tertio loco aliquid
 Christum uni aut duobus nominatim promisisse, quod
 tamen omnibus porro tribuit. Ut Matt. 4. Qum Petrum
 & Andream uocat, sic ait: Venite post me, & faciam
 uos fieri pescatores hominum. Et paulo post de Ioanne
 & Iacobo sic loquitur Euangelista: Et uocauit eos. Simi-
 liter Matt. 9. Sequere me, non addens quicquam de nu-
 nere pescatorio. Qum tamen omnes sint pescatores ani-
 marum facti. Sic & hoc loci nemo ambigere potest, qd'
 Petro dictum est, omnibus dictum esse: præsertim qum
 eandem opinionem de Christo omnes habuerint, uti ex
 Ioanne probauimus. Habent & Marcus. 8. & Lucas. 9.
 quod ad hanc rem non nihil facit: quorum iste ait: In-
 crepatis illis, præcepit eis ne cui dicerent hoc. Ille uero
 sic: Et cominatus est eis, ne cui dicerent. Reticere omni-
 bus præcepit, nimiri qd' omnes confessi erant. Quibus
 omnibus constat, Christū non soli Petro claves promis-
 se, sed omnibus qui interrogati se filium Dei esse agno-
 scebant. Est enim hoc præcipuum in prædictoribus,
 ut quod alijs prædicant, ipsi credant. Qum ergo ad

DE CLAVIBVS

prædicandum missurus c̄bet, exploratū habere uoluit,
 non quo ipse rogando disceret, quod aliōqui ignorat
 uisit, qum corda scrutetur & renes, sed quo nobis exē
 plum daret, ne cito manū imponamus cuiq;, exploratū
 inquam habere uoluit, an illi de se recte sentirent: hoc
 enim est maxime proficuum ad uerbi, idest clauī pro-
 sectū, si nō sit hypocrita qui uerbū administrat. Omni
 no factum est in clauī promissione, quod quisq; do-
 mi suæ facit. Finge te habere duodecim filios, à quibus
 requiras, ut in rem publ. sint animati: isti uero responsa
 dendi prouincia natu maximo siue demandata, siue ex
 consuetudine permissa, polliceantur se omnia propter
 eam esse subituros, facile fiet, ut Catoni: tale enim no-
 men primogenito esse permitte, propter cordatam, na-
 tisq; tuis dignam, responcionem spondeas te uxorem be-
 ne moratam, formosam, nobilem, ditem quæsturū, quia
 posteritatē sperare posset non degenerem. Quid? an
 alijs non idem præstiturus esset nimirum omnibus uxo-
 res dotemq; procurabis. Nec primogenitum etiam do-
 minum constituisti cæterorum. Sic neq; Petrus hac pro-
 missione clauī cæteris præfatus est. Ius enim pri-
 mogenitorum, Esto dominus fratrum tuorum, In Chri-
 sto desist: is enim, ut solus dominus est & naturæ filius,
 omnem dominatum nobis ademit, iussitq;, ut qui natu
 maior sit, sicut minor: & qui præcessor, sicut minister
 fiat. Iam satis firmum putamus, quod claves neq; solius
 Petri,

Petri, neq; tanquam domini earum, sint. Et si quid cui
deest, expectet donec ad eum locum, Quid claves, &
ubi datae sint, uenerimus: tum enim facile omnibus p.a=
tebit ex aequo datae esse.

Petri nomen, non hic primum Simoni impositum petri no-
est, sed primo isto congressu quo eum frater suus An= men.
dreas ad Christum maruiderat Ioan. i. Tum enim di=
xit Christus ad eum: Tu es Simon, filius Ioanna, tu uo=
taberis Cephas: id est, qum interpretaris Petrus. Vnde
& ueri simile est, eum postea crebro isto nomine uoca=
tum esse, quemadmodū & Euangeliorum historia, &
ordo habet. Præcipue uero Marci. 3. uidere licet dudum
Simoni Petro nomen fuisse, quam hoc gestum sit, quod
Mat. 16. describitur. Est igitur hic sermo: Tu es Petrus,
causæ expositio, qur ei iam olim id nominis dederit.
Quasi diceret Christus, Recte nomen tibi Petro dedi,
nam tu es Petrus: solide enim, clare, ac cōstanter confi=
teris hoc quod omnibus est salutare. Ego quoq; super
hanc Petram ædificabo ecclesiam meam: non superte,
nam tu Petra non es. Solus Deus Petra est, super quam
omne ædificium ponи debet. Sunt & alij duo fi=
lij tonitrii appellati, non quod ipsi prædicari de=
beant, aut uerbum suum tonare, sed constanter
Dei uerbum ebuccinare: sic tu Petre, non es Petra.
Quò enim concidiisset Ecclesia, qum ipse tremulus

ad imbecillam ostiariæ uocem negare inciperet? sed solidus esse, ac firmus debes in prædicanda uera petra, ut omnes in eam nidualentur, quotquot omnium tempus statum ac procellarum uim superare cupiunt. Hactenus Christi uerbum intellexisse diuinum Apostolum, ipse testis est. 1. Pet. 2. Ad quem, Christum uidelicet, accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum & honoratum, ipsi quoque super ædificamini lapides uiui, ut domus spirituales efficiamini. Ecce ut Petra Christus est: dicis, & nos petras esse. Sed uide quare ratione Christus petra sit, qua nos Christus est super quo ædificium exurgit, nos lapides gregarij sumus in ædificio, quod in Christo fundamentum habet. Solus ergo Christus, nō Petrus, nec ulla creatura Petra est, super quam ecclesia ædificata perstat contra omnem improbitatem procellarum omnium. De ecclesia hic esset dicendi locus, sed ne confundamus locos post claves inuentas, ecclesiam queremus. Hoc ferme exciderat. Pugnauit hactenus audax Roma de primatu Petri adeò imprudenter, ut quicquid ullam speciem præse ferret, quæ huic argumento seruiret, huc detorserit. Qum tamen, si unum Petri sermonem. 1. cap. 5. diligenter & ex fide perspexissent, intelligere potuissent, quām temere ueritatem contemerent accidit. Presbyteros, inquit, qui inter uos sunt horror, ego qui compresbyter, um collega presbyterorum est

Falsa Re=

rum est, non dominus aut caput: ubi ergo sunt qui rem= pub. Christianam collabi oportere putant, nisi unus ali quis omnibus praeficiatur?) & testis passionum Christi, particepsque gloriae, quae futura est, ut reueletur. Horum, inquam: Pascite Christi gregem uobis commissum, at= tendentes uel uigilantes: non coacte, sed uoluntarie ac= spontanee: non ex turpis lucri studio, sed animi beni= gnitate ac propensione: nec ut sortes, dei nimirum, do= minatu prematis, sed forma & exemplar sitis gregi. En tibi pompam Christiani pastoris. Gregem pascit sol= licite uigilans, non cogit, nisi quantum uerbum ipsum co= git: non spectat compendium, sed animi propensione, hoc est fide amoreque dei, omnia agit, dominatum nul= lum sibi uendicat, sed unum istud agit, ut exemplum sit gregis inculpatum.

Proximum esset, ut de inferorum portis diceremus, de Portis quibus nonnulli multa: quae nos non improbanus, sed infero nos hoc contenti dixisse, ad alia properabimus. Hoc in= rum, quod inferorum portae, inferorum uim potentiamque significata. Sic enim ferè in urbibus comparatum est, ut turres, fossæ, ualla, & munitiones simul omnes circum portas sint robustissimæ. Hinc istam dicendi formam tra= xit Christus, docere uolens, quod omnis inferorum uis munitio & securitas Christi aduentu excindatur: & quod eadem inferorum uis, ijs qui in Christo Iesu sunt, nocere non possit: actus enim est diabolus in Christi

triumpho captiuus, & chirographum ereptum. Inferorum ergo portae, id est uis ac potētia nihil poterūt aduersus eos qui Christo petra fidunt, multo minus aduersus Christum. Veniebat enim aliquando princeps huius mundi, Ioan. 14. et nihil habebat in Christo: frustra enim eo perditō uictoriā sperabat.

Sequitur ergo: Et tibi dabo claves regni cœlorū. Hic quidā cōtendunt claves esse præbitas, quo nihil stultius dici potest: dabo enim inquit, non do, aut en accipe, ut nōnulli Pōtlices uerbū adulterātes, in numismata excipi curarūt. Promittuntur ergo hic claves, nō præstantur: quod tametsi quidam è scholasticis doctoribus palam prodiderint, fraudi tamē eis non fuit: nūc aut̄ hæreticus pronūciatur, qui hoc adserit quod uerba tā constanter præseferūt. Sed inquiūt, Christus dixit, fieri, ergo oportuit quod dixit. Deo gratia quod huc uenerūt, ut tantū Christo tribuāt: sed uere or ne figmentū sit, quod ei tribuere uideri uolūt, neq; ex animo fiat, sed ex cōtentione: quæ quicquid potest, in telū uertit, etiā si lēdat. Nam qum sic dicit: Christus dixit, fieri ergo oportuit, protinus necūt, at nusquaum legimus claves esse redditas, hic ergo date sunt. Recte ergo iaciunt, cum dicunt, Christus dixit, ergo factum est, sed iam in ipsos telum retorquuntur: nam non sequitur, non legimus esse datas, ergo non sunt date, nisi hoc loco. Facile enim fieri potest, ut qui negocio aut contractui interfuerit, deinde qum trā fitio

fitio fiat, absit: nunquid propterea sequitur, Is non uidet res transiisse, nec pecuniam numerari, ergo numerata non est, aut tunc numerata est, quoniam pacta? sic et isti nesciunt quid sint claves, ideo ignorat ubi datæ sint: nam etiā si interfuerint cū daretur, prorsus tamē non intellexissent quid datū esset. Debet igitur sic colligere, Christus dixit, dabo, ergo datæ sunt. Nobis igitur uidē dū est, ubi nā datæ sint, et nō sic colligendū, nescimus alicubi esse datas, ergo datæ sunt, ubi promittebantur. Quid. n. si tam ceci essemus ut nec Christū, ne dū claves ignoraremus? Hic ergo uariat, qui sic futuri temporis uerbo urgetur: quidā. n. eorū dicūt, Petro tu esse claves datas, cū Christus dixit Lu. 22. Ego p te oravi, ne deficiat fides tua, et tu aliquā conuersus, firma fratres tuos. Quomodo quæso cū hoc hominū genere agēdū est? Christus hic nihil præter hoc unū egit, q̄ ut Petru animo suo cōfidētē doceat: sic humana habere, ut nisi dñs firmet, colapsura sint omnia quæ ipsi præcipimus. Ideo ait: Ego p te oravi, ne deficiat fides tua: nisi ergo orauisset, excidisset à fide. Quod nō modo Petro factū esset, sed quotidie fieret, nisi dominus manu teneret imbecillitatē nostrā, ne momento quidē in fide confisteremus. At hoc perinde ualeat, atq; accipe claves, pmissas, firmat nutantē Petri fidē Christus, nō prodit claves: nec .n. cōmode tradi tunc poterant, extrema imminēte dimicatione. Verum dicunt: Tu aliquando conuersus, firma fratres tuos,

clare ostendit cum alijs esse præfectum, sic agit conten-
tio. Nos diligenter querimus ubi nam claves sint datae.
Et uos nouam ubi non oportet de præfectura mentione
implicatis, sed uide quām non in loco. Vix sonare desie-
runt uerba quibus Christus omnem præcessendi ambitio-
nem penitus cōminuit, & uos audetis ea repetere, que
iam ueterat & Petrus erat inuercundius quām ullus
alius Christū negaturus, quod ne illi fraudi esset, qua-
si nunquam posset in pristinum locū restitui (erat enim
in ijs rebus magnum supercilium) prædixit futurum, ut
is ceteros fulciret: non quasi is solus in fide persisterit,
sed quod is fortasse solus propter inconsideratam polli-
cendi promptitudinē, opus haberet ut Christus medelā
ostenderet priusquam morbus uenisset, qui tamen ab-
esse non potuit. Nam diuī Euangelistæ Ioannis fides no-
bis iudice, hoc est, quantū ex Euangelica scriptura pos-
sumus augurari, longe lateq; fidem Petri anteceſſit: is
enim introibat, & Petro ingrediendi copiam faciebat.
Nec enim sententiam nostram infirmare potest, quod
eſſet notus pōtifici: nam notum eſſe, qum desciuersis ad
eum qui hostis eſt, potius obſt quām profit. Et uide-
tur planè Ioānes ciuiliter hoc prætexuisse, ne de ſe ma-
iore animi fortitudinē uideretur, quām de Petro præ-
dicasse. Sed non ſemper proſiliebat Ioānes fidem oſ-
tentando, quemadmodum Petrus, qui ob id domini mu-
nitio magis quām ille egebat. Nam & mater Ioanni
credita

HVL D. ZVING. COMMENTARIVS. , 153

credita est, nimirū integerrimo discipulo carissima ma-
ter. Et qum ad sepulchrū ambo simul fessinarent, prior:
Et si non ingrederetur, prior tamen uacua Christo se-
pulchrum & linteā uidit, nihil ueritus custodes abiisse
sent nec ne. Verum quō fermē præter casam abij? An
hoc, Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos,
perinde ualeat, atq; accipe claves promissas? Alij uero
non satis fidētes huic loco, omnibus posthabitatis, ad .21.
caput Ioannis conuolant, an uspiam possint inuenire
quod claves Petro soli sint traditæ: tunc enim uicisse
Papatum putant, regnumq; occupauisse. Illic cum Chri-
stus tertio & agnos & oues committat pascodos, pro-
deunt: Ecce hic est locus, ubi Sole clarior uidemus cla-
ues esse Petro præfitas, iuxta promissionem Mat. 16,
factam. Vbi ego (ut inconstantiam taceam, qua paulo
ante contendebant Mat. 16. datas, nunc huc inclinant)
equitatē quoq; in eis desidero. Nōnne enim ij, quibus=
cum agrius, incessanter clamant Patres Patres? Qui
ergo fit, ut ijs Patres hoc loco nō audiāt; qum omnes
ueteres hanc trinam Christi percontationem dicant es-
se factam, quo tertio iteratæ negationis ignominia tol-
leretur? Augustini uerba subiicimus, sic dicentis: Red-
ditur negationi trinæ trina confessio, ne minus amor
lingua scriuat quam timori. Et plus uocis eliciuisse uidea-
tur mors immirenſ, quam uita præsens. Sed fortasse te-
ste uno uinci nolunt, audiāt ergo & alterum. Sic habet

Cyrillus in Io. lib. 12. cap. 64. Nam quoniā cū alijs apostolatus nomine Petrus ab ipso Christo decoratus, ter in tempore passionis negavit, iure nunc ab eo terna dilectionis confessio petitur, ut terna negatio æquali confessionis numero compensetur. Ita quod uerbis commissum fuit, uerbis curatur. & cæt. Hæc isti. Sed dicent fortasse aduersarij, istorum testimonia nihil uertant, quo minus claves sunt commissæ hoc uno loco: nam amorem requirebat ea gratia Christus, ut claves digno loco locare posset. Ut ergo perspicuum faciamus quām ubiq; tenebriones isti omnem lucē turbēt, & claritatē obscurant, quærerimus primo loco (ut donemus interim claves istic esse præstitas) Qum Christus dicat pasce oves meas, quid putetis claves esse? hic nimirū haud minus ambigent, quām cum Christus Iudeos ex aduerso interrogaret: Baptismus Ioannis an ex Deo est, an ex hominibus. Nā si nostri isli dixerint, claves sunt pascere, quippe qum dicat pasce oves meas: quod enim de regno adferunt, superius per ipsius Petri uerba contusum est ex 1. Pet. cap. 5. Si ergo claves sunt pascere, ut certe sunt, quemadmodum postea patebit, ubi manent dominatus & primatus? qum & alijs apostolis æque sit uerbo pascendi munus commissum ac Petro, quemadmodū Io. 20. li.

Pascere quet. Ergo claves non sunt hoc loci date, sed superius est uerbo Si uero negaueritis hic pascere pro uerbo reficere acci-
reficere. pi, iterum incidentis in pristinū errorē, quo uerbis signifi-
cationem

ificationem natuam adimitis, & ui obtruditis nouam,
quā ferre nulla ratiōe possunt. Quod re ipsa ex Petri
exēplo patet. Re, quod animi non pascuntur, nisi uerbo
Dei, ut ex superioribus dudum patuit: & quod homo
uiuit in omni uerbo quod procedit ex ore Dei. Exēplo,
qd' Petrus per pascere uerbo reficere intellexit, qum
tā cōstanter uerbo institit, ut cū reliquis apostolis cense
ret non æquum esse propter mēsē ministeriū obmittere
uerbi prouinciā. Act. 5. Et qd' nusquā legimus Petrum
quemq; inauguraſſe sua potestate uel autoritate, sed po
tius ab alijs apostolis esse missum. Act. 8. ubi cum Ioanne
mittitur Samariā in auxiliū Philippi. Deinde nō intelle
xit Petrus per pascere leges cōdere: nā Act. 15. Ea sen
tentia nō uicit, quā Petrus dixerat. Sed quid cū Gryllis
istis tam diu ageremus, cū uideamus eos quicquid pro
ducunt non alia causa producere, quam ne uideantur
esse tacēdo inferiores. Quem morbū Gentilis quidā de
pinxit, dicens: Eum hoc agere ut dicat, non curare quid
dicat. Solitus est Christus cum discipulis agere sicut fi
deles præceptores: unde ipsum & magistrum & do
minus uocabant, Ioan. 13. Illi qum omnes cupiant recte
formare, qui fidei sue commissi sunt, alium tamen at
que alium, alio atq; alio tempore uel loco protrahunt,
periclitantur, aut explorant: nonnunquam unum ali
quem docent cunctis audiētibus, ut simul omnes discāt.
Sic Christus uolens duo quēdā oīno discipulos docere,

Petrum accepit: Vnum ne Petro fraudi esset, quod sa-
ter negauerat, apud condiscipulos interrogauit, an se
amaret: quod ubi facere audirent discipuli, intelligeret
Petrum cum Christo in gratiam redijisse, ac loco suo re-
stitutum, ut iam iam patuit. Alterū, ut omnes Petri ex-
lo discerent (nam omnes ad pascendum mittebantur)
hoc unum in pastore Deum requirere, ut se amet, non
seipsum: certus, quod qui Deum amet, eius negotium
fideliter agat. Ex quibus manifestum fit, neq; hic clā-
ues, neq; soli Petro esse exhibitas.

Sunt autem tunc exhibitæ qum Christus animarum
uita, morte superata, resurrexit, ut habetur Ioan. 20.
Capiemus hic uno, ut dicitur, saltu lapores duos: pri-
mum enim docebimus quid claves sint: quod ubi factū
erit, simul adparebit ubi datæ sint. Claves ergo Metaphorice adpellavit Christus animorum liberationē &
consolationem: quæ tum fit, qum spiritu sancto illustrat-
te, mysterium Christi intelligimus, eoq; fidimus. Solvere
ergo nihil est aliud, quam desperantem saluti mentem,
ad certam spem erigere. Ligare uero, est obstinatam
mentem deserere. Que in posterioribus per singula ex-
ponetur. Habent igitur claves notam quandam, qua faci-
le, dum eis per scripturam Euangelicam quæsieris, de-
prehendes. Eam autem predixit Christus Mat. 16. nem
pe quod eis solvimus & ligamus. Occurrit igitur pri-
mum Matt. 18. simile quid, qum Christus iubet eum qui
impudentius

impudentius peccet, abiecti debere, non aliter quam im= Eiectio
pium aliquē & publicanū, mox subdit: Quæcūq; alliga de Eccles=
ueritis super terrā, erunt ligata & in cœlo: & quæcūq; sia, sine
solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Visæ excōmu=
sunt nobis aliquando hic datæ esse claves, ut in Archete niciatio=le docuimus. Verū qum hic tantū de ijs agatur, qui im=
pudentius peccat, abiecti, ubi uitā emendauerint, reci=piuntur, coacti sumus ulterius progredi, ac querere, si
uspiā inueniamus tales dari claves, quæ oībus ex æquo
medeantur. Sed antequā hinc soluamus (ne quis pertina=cius obstrepat hic datas esse claves, quemadmodum nos
aliquando sensisse iam confessi summus) scire debemus
quod fide ipsa præceptore, discimus claves hic nō esse
datas: nam de malorū abiectione ac eorundē receptiōe
solumodo agitur: qum tamen claves rem talē esse opor=teat, quæ omnes conscientias liberet ac soletur: non tan=tum eas, quæ perficta frōte palām aūsæ sunt peccare.
Quod si quæras: Qūr igitur Christus ipse hanc legem
profert; qua ueluti nota claves agnoscuntur? Responde=mus: Christū ea hic ueluti maxima quadā uti, ac descen=sūm, ut Logici uocat, facere. Cū enī uerbo Dei conscienc=iae soluantur & ligētur, quæ se non impudenter prosti=tuerunt, multo magis eæ quæ se prostituerunt, ligandæ,
id est uitandæ sunt: & rursus qum uidemus penitētiae
dolore mutatas eſſe, in pristinum consortium recipien=dæ. Probatur ergo ista impudētium abiectio, abstentio,

DE CLAVIBVS

uel excommunicatio, christo autore, iuste posse inter christianos fieri, ut ac tenore legis clavum, quarum sit in credulos uitari posse, nihil minus ergo, qui se ore Christianos esse coſitentur, & factis negat, Similiter cum claviū sit impium ab impietate soluere, & in fratribus numerū admittere, nihil minus manifeste delinquētem, si mores mutet, recipi posse.

Ab isto loco omnia quacumversum circūſpicientibus, nusquam adparet hæc nota, qua claves agnoscī docuit Christus, donec ad Ioannis. 20. caput ueniatur. Ibi quoniam Christus à morte surrexit, discipulos his uerbis salutat: Pax uobis, quam uocem angeli quoq; dederunt nascente eo, & in terra pax: ut ubiq; pateat eum esse pacem, ac refrigeriū animæ. Quod uel hinc intelligimus, quod discipuli mox, ut uidere uirum, gauiſi sunt. Iter ab ergo uocem hanc, quo tenacius hæreat, Pax uobis, inquietis, sicut misit me pater, & ego mitto uos. Ecce quod Marcus dixit: Ite in orbem uniuersum & prædicate Evangelium omni creature, hoc Ioannes sic extulit: Scut misit me pater. Misericordia autem eum, ut esset omnium gentium salus usq; ad angulos terre. Sic ergo nunc discipulos mittit, ut eam salutem ubiq; adesse prædicens. Nam, ut hoc interi admoneamus, Eandem historiam eiusdemq; scribunt Ioan. hic. 20. ca. Marcus. 16. Lucas. 24. quod non nulli tamē hactenus non uiderūt, sed quandoquidē alijs etiā alijs tēporibus in templis legūtur dicti loci, eis tēporibus

poribus gestā arbitrantur quibus leguntur. Præsertim
quod ex Marco attulimus. Facile autem istos tres cōfe-
renti, manifestū fiet, quod dicimus: quanquam aliis pe-
culia quædā habeat, quæ apud alium non inuenias:
multa enī, imō infinita fecit Christus, quæ nō sunt scrip-
ta in libro hoc. Et Ioanni præcipuum fuit studiū in cardi-
nibus rei Euāgelicæ nihil omittere, & deinde, quæ alijs
præteriuerint, diligēti spicilegio addere. Tamē ne tar-
dioribus qcquā defit, pauca nos cōferemus. Quæ apud
Lucā habetur historia seipsa dilucida fit, quod ipso die
resurrectionis gesta sit. De duobus enim qui Emāū ibāt
dicit, quod ipsa die qua mulieres scilicet uenerant, &
nunciauerant se adparitiones angelorū uidisse, profe-
cti sint. Ac deinde cum Hierosolyma repetunt, dicit eā
dem hora Emāo abīsse, qua Christum secum ambu-
lasse, & in fractione panis cognouissent. Cumq; uenis-
sent in urbē undecim inuenisse, qui nunciaret eis Chri-
stū resurrexisse, & Simoni adparuisse. Viciūm quoq;
istos duos narrauisse, quomō sibi adparuisset, quæ oīa
clarissime uidetur ipso resurrectionis die facta esse. Se-
quitur apud Lucā. Dū autē hæc loquuntur: Ecce quām
probe necstat uerba cū tēporis significatiōe. Dū hæc lo-
quuntur inquit, stetit Iesus in medio eorū, & dixit eis:
Pax uobis. Ioānes Historiæ dū Emāū p̄sciscētū nō me-
minit, sed historiā ipso die resurrectionis factam clare
indicit. Cum ergo, inquiēs, uespera esset die illo, quo
scilicet ipse Magdalene adparuerat, ac illa discipulis

nunciauerat. Quum aduc non soluissent qui postmodum Emaum abibant, nam Christo cum illis confabulante, dicebant: Mulierum nuncijs se territos esse, quæ dixissent se angelorum adparitiones uidisse: quæ mulieres aliae esse non poterant, quam Magdalena & eius sociæ: quarum historiam Marcus luculenter describit, simulq; meminit eorum, qui Emaum proficisciabantur: & quomodo, reuersis ac narrantibus ut sibi Christus adparuisset, quidam non crediderint. Postea, inquit, quod nos habemus nouissime, quasi illa postrema fuerit Christi adparitio, quum Græcis sit usquepop quod nouissime nulla ratione significare potest, sed postea. Inquit ergo: Postea quum, scilicet ex Emao redeentes, narrauissent quæ secum essent acta. Cum recubuisserent undecim ipso resurrectionis die. Lucas enim ait: Dum haec loquuntur. Ioannes cum sero esset. Et plane altum iam esse oportebat crepusculum: qui enim Emaum ibant declinuisse iam diem uidebant. Deinde & hoc conferemus, quod Ioannes dicit: Gauisi sunt discipuli uiso domino. Lucas uero Conturbati uero, & cōterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbatis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Ioannes enim hoc descriptus, quod sequutum est Lucæ descriptionem: nam Lucas tacendum non putauit, ut se gesserint discipuli, quum primū essent intuiti dominum. Turbatus ergo primū dicit, cœpisseq; cogitare, an fortasse præstigium

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIUS.

162

præstigium esset spiritus alicuius quod uidebat. Id qum Christus non ignoraret, increpauit eos. Ecce simul Marci uerba increpauit incredulitatem ipsorum, & duriciam cordis, quod his, qui uiderant eum resur= rexisse, non crediderant. Et dixit (redeo enim ad Luca) Quid turbati estis? & cogitationibus absurdis occupati corda patimini! Nunc addit Lucas: Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uideatis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Ad huc autem illis non credetibus & mirantibus pre gaudio dixit. &c. Hic tandem incipit Ioannes: Et cum haec dixit, ostendit eis manus & latus. Lucas dixerat: Manus & pedes. Ioannes addidit, latus quoq; nam omnia nimurum uulnera, que in cruce acceperat ostendit, eò quod Lucas de latere tacuisset. Prosequitur Ioannes: Gauis sunt ergo discipuli uiso domino, quod Lucas obscurius dixerat, mirantibus pre gaudio, clare explicas: quod tametsi ab initio turbati fuissent, auge= scente tame agnitione per uulnorum ostensionem, stupor fit in gaudium conuersus. His iam notis cōtenti crimis, quibus uelut ossibus, constat omnes tres istos Euangeli= stas eandē eiusdem diei historiam scribere. Quod ergo Ioannes dicit: Sicut misit me pater, sic ego mitto uos. Marcus his uerbis protulit: Ite in orbem uniuersum, & pre= dicate Euāgeliū omni creature. Lucas uero sic: Opor-

DE CLAVIBVS

tuit prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissio-
nem peccatorū in omnes Gentes. Hoc enim tandem est
Euāgeliū, ut supra fuse distū est. Sequitur apud Ioannē:
Hoc qum dixisset, flauit in eos & dixit: Accipite spiri-
tū sanctū. Hoc Lucas latius explicuit. Tūc ergo, inqui-
ens, adperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas et
dixit eis: Sic & sic (dēm tūkō hæc intelligenda sunt)
scriptū est. Et sic oportebat Christū pati & resurgere
a mortuis & prædicari. &c. Qum ergo, ut assollet Io-
annes, uideret Lucā abunde prodidisse, qua ratione &
qua per spiritum sanctū docuisset Christus discipulos,
contentus fuit dicere, Inflauit & dixit: Accipite spiritū
sanctū. Quid autē mentē uel sensum adperire aliud est,
quām spiritu sancto adspirare? Deinde qui Christum
per uniuersum orbē dilatū erāt, accipiūt & spiritum
Christi: sicut enim iſus missus erat, sic iſi mittūtur: eūdem
ergo spiritum habere oportuit, qui eandē rem agebat.

Nūc proxima est nota qua claves deprehēdemus. Cū
enim iā in apostolatū inauguraſſet, spiritūq; suū de diſ-
ſet, quo in ēternū sciremus eos, qui Euāgeliū ſuſcipiūt
prædicādū, fruſtra labore insūpturos, ſi dei ſpiritu nō
flagrent. Mox adperit quid hominibus adferēdo eos li-
beros reddere poſſint, et apud Marcū inquit: Prædicā-
te Euāgeliū omni creaturæ. Qui crediderit & baptiza-
tus fuerit, ſaluuſ erit. Qui uero nō crediderit, dama-
bitur. Iā hoc admonitiōe nō eget, quod credere hoc loci
& multis alijs pro fidere poſitum eſt. Hæ igitur claves

HVLDR. ZVING. COMENTARIUS.

103

Sunt, quas Christus apostolis cōmisit, quibus cœli ostia
referarūt, Euāgeliū prædicarūt, Qui prædicato Euāge
lio crediderūt, cōscientiarū liberationē et solamē sen-
serūt: Euāgeliū .n. ut satis dictū arbitror, nō modo gra-
tiam amplecti docet, sed et nouā uitā. Porro nouā ui-
tam nō orditur, nisi quem prioris tedit. Hinc Lucas di-
cit Christū apostolis mentē adperuisse, ut ex scripturis
intelligerent, quod in eius nomine, id est, iussu, ac pote-
state prædicari oporteret pœnitētiā et remissionē pec-
catorū in omnes Gentes. Remissionē ergo peccatorum
ui clauium fieri, cū etiam Pontificū doctrina conceda-
tur, certū est claves esse, quae captiuas cōscientias libe-
rant. Sed quid claves sint, hic uero longius distamus, q
cœlū à terra. Pōtificij enim dicunt autoritatē esse ho-
mini à Deo collatam. Christus autem dicit, Fidem esse qua
creditur Euāgilio, id est, ut fidamus filij Dei iusticia et
merito, nobis prorsus abiectis ac abnegatis. Christi enī
doctrina cōstat in nomine eius oportere et pœnitētiā,
et remissionem admissorū prædicari. Hæ ergo claves
sunt, quæ hominē sibi notū faciunt: ut se cognito, saluti
desperet: et posteaq; hoc factū est, omniē salutē sibi ni-
deat in Christo esse repositā: quā uero sic suā, ac certā es-
se sciat, ut nihil addubitet, qui uere filius dei per eū sit fa-
etus. An' hic cōsciētiæ nō subitò p̄e gaudio exultabūt
an' non se liberatas exhilaratas ac fotas sentient? Ver-
bum ergo dei, quo nos ipsos cognoscere discimus, quoq;

L ij

Deo fidere docemur, Claves sunt, quibus ministri uerbi
 liberant: nam qui eo docti, omnem fiduciam in Deum
 collocant, iam uere liberi sunt. Hoc ergo quod Marcus
 dixit: Prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui credi
 derit. &c. Hoc Ioannes, ut ostenderet quid claves, olim
 promissæ, essent (nam nullus Euangelistarum eam notâ
 expresserat ante ipsum) his uerbis expreßit: Accipite
 spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata, remit
 tuntur eis: & contra, quorū retinueritis, retenta sunt.
Peccata Tantum de remissione hucusq; diximus. Quo uero pâ
 tenere. Etio peccata tenuerint Apostoli, hoc uero mirū est, quoniam
 Petrus doceatur septuagies septies ueniam dare delin-
 quenti. Non inuenimus nisi duos modos, quibus Aposto-
 li tenuerint aut ligauerint peccata. Vnum. i. Cor. 5. sed
 is ad excommunicationē pertinet, que uero uerbi fit, de qua
 pauloante. Alterū uero, quē Christus Mat. 10. tradidit.
 Quicunq; nō receperit uos, neq; audierit sermones ue-
 stros, exeuntes foras, de domo uel ciuitate, excutite pul-
 uerē de pedibus uestris. Adparet hic ligare nihil aliud
 esse quam errori relinquere. Hoc modo Paulus ligauit
 Act. 18. cum in Iudeos uerbum auersantes, puluerē ex-
 cutit, & ad Gentes transit. Similiter Act. 13. Ligare igi-
 tur uerbo, aliud non est, q̄ ubi non capitur, iuxta Chri-
 sti præceptū, deserere, nihilq; cum contēptoribus com-
 mune habere. Nam Sodomis, socijsq; ciuitatibus mitior
 erit diuina iudicta, q̄ eis qui prolata luce, magis dili-
 gunt

gunt tenebras quam lucem. Obstrepunt aduc Pontifices
 cum sectatores, Claves omnino esse apostolis traditas, nō
 ergo uerbū esse posse claves: nā uerbum nō esse Aposto-
 lorū, sed Dei: & qđ uerbum faciat aut per spiritum su-
 um Deus, hoc non posse homini tribui: nunc autē quā
 claves sint Apostolis traditae, adparet nō esse uerbum qđ
 traditū est, nā uerbum nō est Apostolorū, sed Dei. Respon-
 demus: Infinita esse, per scripturā uere sacram, quā no-
 bis tribuit Deus, quā tam abest ut nostra sint, nisi cum
 per gratiam suam communicat, ut in hominis potesta-
 te nullo pacto esse possint. Ut cū Mat. 10. dicit: Infirmos
 curate, mortuos suscitare, leprosos mundate, dæmones
 ejcite. Quod tamē sic abest ab Apostolorū ui, ut ab rege
 Israël aberat Naaman liberare à lepra. 4. Reg. 5. Et pa-
 lo post, quā dicit: Qui non audierit sermones uestrōs.
 Cr̄cē. Attamē grauius delinquere nō potuissent, qđ si ser-
 monē suum attulissent hoībus: et beatus est qui nō audit
 homis uerbū: frustra enī coluit me, inquit Mat. 15. docētes
 mandata & doctrinas hominū. His inquam, alijsq; locis
 innumeris manifeste uidemus, Benignissimū patrem no-
 strā facere, quā ne alius quidem esse possunt quam sua:
 sed mirum nō est hec eum tribuere, qui filium nobis de-
 dit, ut noster esset. Quomodo enim non omnia nobis cū
 illo donabit? Iam satis arbitramur ueras claves à ru-
 bigine humanarū traditionum esse uendicatas, ut quis-
 que uideat eas aliud non esse, quam Euangelij admini-

strationem, et eiusdem ubi durat perfidia subtractione.
Ogganniant quidem licet, an tu cornicum oculos con-
ges? aut qui columnæ uidentur, docebis? manū non uer-
terimus, nam cuius uerbo nitimur, priscis est antiquior
& nostris doctior. Et fide qua soli Deo adhæremus, ex-
perimur humanā cōscientiam licet, humana tamē libe-
ratione aut absolutiōe tranquillā reddi nō posse, ut qui-
dam prodiderūt. Sed uerbo docemur quidē homīe ad-
ministro, quamuis uerbo nō reddamur certi, nisi domini
spiritus corda nostra liquefaciat, quo uerbū inseri ac illi
Deū spes plātari queat. Fide ergo cōstat, nō absolutiōe,
ut uocat concepta Pōtificie autoritatis uerba; neq; alio
quocūq; sacramento interiorē hominē reddi posse cer-
tiorem. Sola enī fides nouit quantum fiduciae habeat per-

Falsa reli Christū in Deum. Vnde faceſſant ac ocius faceſſant ini-
poſtrices Pōtificū clauiculae, ex fidelium Ecclesia. Eis nō
nihil quæſitū est quām conscientiarū imperiū: quod ubi
partum est, uia ad peruit avaricie ad omniū theſauros:
quos ubi patefecit, abſtulit quantum uoluit, ut haberet
quo libidini ministraret. Hic grassatum est in omniſce-
lere tam licenter & amplius, ut nullæ lingue, nulli cala-
mi explicare queat, quantū malorū omnis generis iſiis
clauibus deſromptū ſit. Adulterium cōmiferas, patieba-
ris his clauibus arcam aut marsupium penetrari, nihil
erat adulterium. Fœnore oppreſſeras inopem, clauibus
aliquid dabas, ſacrius erat q̄ patrimoniu maternū. Quod
pauſante fœnus erat uſura, & talis remora, ut ſaluuſ

fieri nullo pacto posses. Veneficiū, proditionē, latroci-
nū, periurium designaueras, oīa abstergebat claviū
uis: sed ægre, nisi æris aliquantū impendisses. Quin hoc
mirū erat, quod quāto plus abluebat, tanto potentiores
ad abluendū siebat, si modo æs impendio effunderetur.
Quis per Deum immortale, tam cæcus est, ut nō uideat
hanc stulticiam sine ira Dei ingruere nequiuisse? Deo
autē gratia, qui uerbi sui pessulum nulla ui, nulla arte
fragilem, ostio obdidit, ut quacūq; claves uertant, neq;
ad conscientias, necq; in arcā penetrare possint eorum
qui Deo fidunt. Quanuis ergo et clauium confide-
rationi cognata sit confessio, tamen priore loco de Ec-
clesia dicemus: post de Sacramenis eius.

DE ECCLESIA.

DETORSIT Ecclesiæ tā nomen quam
rem humana audacia, ad quosdam pau-
cos, perinde, ac si tu Vniuersitatem, totā
concionem, totum populum, aut cœtum,
paucos quosdam significare diceres. Ecclesia enī cœtus
est, concio, populus uniuersus, collecta simul uniuersa
multitudo. Ecclesia ergo qui dicit paucos quosdā signi-
ficare, sic errat, ut qui dicit populum regē significare
aut esse, uel qui dicit comitia, concionem, cœtum sce-
natum esse aut significare. Scripsimus igitur sape de
Ecclesia, ista spe, ut docti alioqui homines ab errore,
quo Pontificibus tribuunt quod Ecclesia sint, abstrahen-

rētur. Sed hi partim infideles sunt, partim superciliosi,
qui increduli sunt, sic à uerbo abhorrent, ut frustra
manibus uercent, mente enim alienati sunt ab eo. Qui
uero superstitionis, sic nihil recipiunt quod ipsi non tra-
diderint, ut plane uideas eos hoc morbo laborare, quod
omnia tradidisse, et recte etiam tradidisse uideri uo-
lunt. Hinc quorundam scripta adeò impura sunt, quod
ad ueritatem adtinet, quamvis, quod ad fucum, nūtidis-
sima sint, ut nescias, an satius fuisset stilum nunquam le-
uauisse, quam ueritatem adeò inuerecundis blanditijs
inuoluisse. Quia tamē usq; adeò sibi placet, ut nisi ipso-
rum uestigijs incedas, ac contra Christiani pectoris in-
genium sis, uel procaciter blandus, uel ambitiose elegans
cum ueritatis etiam iactura, à tuis abstineant, ut canis
à balneo. Tumultuosa sunt illis, quae uera sunt, morbi
enim grauiorem esse aiunt, quam qui fortibus remedij
possit restitui. Belli homines. An? unquam uiderūt gra-
uem morbum leuibus curari & lenti morbi leuibus cu-
rantur. Pontificum ergo morbus, si nunc primum lente
crudescere inciperet, cōueniret plane his remedij uti.
Verū omnia ubi membra sunt à morbo absorpta, an?
non iam efficax istud remedium, quod unum ac solum
pristinæ sanitati restituere potest, propinandum est?
lenta fortasse lentam redderent mortem, sed natius ui-
tam, ac uileitudinem restituent. Non quod nobis isti ma-
gnopere probentur, qui nihil quam tumultuantur pro-
rebus

HVL D. ZVING. COMMENTARIUS. 169

rebus nihil, quicq; sic à charitate sunt alieni, ut neq;
ferre quicquam, nec facere possint propter deum. Hoc
unum sanctissimum nomen Christi in ore habentes, &
animi amaritudine, contentionibus, clamore, factioni=
bus, susurrijs, concurbationibus, inuidiam, furijs & cer-
berū ipsum superantes. Nos ut interim sancte iactemus,
Teste deo & cōscientia nostra, ad multorū hallucina=
tiōes cōniuiimus, etiā qum adperte à uero declinarent:
quāuis ea lege, ut speraremus in uiā reddituros. Cumq;
segnius resipiscerent, aut omnino resipiscere nollent,
omissis illorum nominibus prodidi, quod in sacris lite=
ris uidebā pro mea paruitate. Tam mihi infensē suns
contentiones illæ, que citra fratrum offensionē uulgari
nequeunt, præsertim de ijs rebus, que rem Christia=
nam non produnt, ut nullum uideam nocentius uene=
num subdi posse adolescenti Christo, quām contentio=
nem. Quid enim, an non charitas & contentio ex dia=
metro pugnant; uita uero Christiana quid in uniuers=
sum est quām charitas? Cōtentioē ergo ubi seueris,
una opera charitatem profligaueris: tam enim unius
eiusdemq; glebæ hospites esse nolunt, quām Christus
Beliali sociari. Attamē ista præfari de ecclesia dictu=
rientem oportuit, quod quidam nō desinūt ecclesiam
adpellare impudentissimos quosdā homines, qui incruis
omnibus contendunt ecclesiā Christi extinguere. Blā=
diantur ac adulando æris quām plurimū emūgant, sed

his artibus Christum ne misceant, qum sole clarius (ut
est oratio cordis index) adpareat eos nō Dei honorem,
sed auri mōtes querere, aut mox euaniiturum gloriæ su
mum. Ficus ergo ficus adpellent, & Ecclesiā finant con
cionem significare: & Ecclesiam Christi nihil aliud di
cant esse quām populum, cōcionem, ac cōctum Christi:
maxime qd' per omnē scripturam sacrā nusq; inueniūt
Ecclesiā Christi aut Dei, pro paucis quibusdā susurroni
bus potius quām Episcopis accipi. Toleranda sunt mul
ta, ut ipsi quoq; nō solū perhibemus, sed etiam quotidie
experimur. Attamē sic toleranda sunt, ut aliquando la
psum dent. Qui Cæsaris gloriæ fauet, prædicāt de illo:
quod dum uideret omnino cadendū esse, siue st̄ colli
geret ac mēbra, ut honeste caderet. Christus potuit uno
uerbo inimicos suos omnes subruere: sed pacis exem
plum præbiturus, pessimū genus homīn̄ sic tulit, ut æqua
lem toleratiā nō legas, quò uidelicet Synagogā com
mode abolēret. Sic et isti tum ciuiles erūt, qum docent
omnino cadendum esse: cōponenda igitur esse oīa, ut si
ne fragore ac honeste cadant. Imitari medicos hac in re
nō debent, qui spes promittūt bonas, etiā ubi inhibili spei
est reliqui: sed pacis cōciliatores, qui utriq; parti erro
res strenue opprobāt, quo leuius frāgatur pertinacia.
Ad Ecclesiæ uocabulū redeo. Et quonū superiore amo
mense Augusto de eādem re cōtra Hieronymū Emserū,
impium plane, ac impurū hominē scripsimus, & tante
occupationem

occupationū procellæ sic nos undiq; adobruunt, ut quic
quid tēpusculi subtrahere nō admodū necessarijs rebus
possimus, hūc adsarcinemus. Iussimus ad uerbum hūc
aptari, que istic de Ecclesia sunt dicta: quamvis pau-
cula quedam hīc simus audituri, que paulo ante etiam
audiuimus, sed ad alium usum, ac non sine fructu.

DE ECCL SIA CONTRA
Emserum.

ECCL SIAE nomen Græcis à conuocā-
do deriuatum esse, nemo est quem fugiat.
Vnde & latinis receptum uocabulū nūc
pro coetu, nunc pro concione, pro certa
multitudine, pro populo, tum secundum carnem, tum
secundum spiritum Isr aëlitico in sacris literis promi-
scue accipitur. Nam ubique uiderē est in ueteri Te-
stamento, quod ubi Hebraica ueritas habet Kabal uel
edah, ibi Septuaginta transfluerunt συναγωγὴ aut
synaxis: latini uero cœtum, cōgregationem, mul-
titudinem, uniuersum populi Israël, aut id ipsum Eccle-
siae nomen posuerunt: quæ si fusius ostendere uelimus, à
concepto breuitatis studio auocabimur. Vnde satis erit
certos & paucos ostendisse locos, quibus id manife-
stum fiat. Exodi. 12. Loquere ad omnem multitudinem
filiorum Israël. Hic habent Hebrei pro multitudine
edah. Græci συναγωγὴ. Leuitici octauo, omnem cō-

tum filiorum Israël. Hic habet Hebræi haeda hakahal,
hoc est omnem cœtum Ecclesiæ. quod & Græci συναγόμενοι εἰκλησίας. Numeri 20. Ecclesiam domini. Hic
habent Hebræi Kahal, Græci συναγωγή. Hæc autem
omnia huc solum tendunt, quod Ecclesiæ nomine totius
populi Israëlitici cœtum, congregationem, concionem,
exercitum, multitudinem intelligi videamus. Vnde cla-
rum est Ecclesiam sic non modo pro piis, sanctis, ac fide-
libus, sed etiam pro impiis, sceleratis, ac perfidis, dum
modo ex semine Abrahæ secundum carnem, cumque piis
mixti essent, accipi. Quoties enim factum est, ut produc-
ta perfidia sua quidam experimentum dederint: quod
tame si corpore ac hominum opinione intra Ecclesiam
censerentur, re tamen uera nihil minus quam intra Ec-
clesiam essent, que sine macula est & sine ruga: de qua
paulo post.

Ad hunc modum in nouo quoque Testamento uide-
mus Ecclesiam pro omnibus accipi, qui Christo nomen
dederunt, quicquid intra cœtum Christianorum uersantur
& uictitant, etiam si re uera sint parvū fideles. Ut cū Paulus dicit se persecutum esse Ecclesiam Dei. 1. Corin. 15.
nam persequebatur quotquot essent Christiani, hoc est
qui se Christianos confiterentur. At inter Christianos
semper & mali sunt & infideles, tame si nos eos non
agnoscamus, nisi dum se fructibus produnt. Hanc Eccle-
siā Christus ipse clarissimis coloribus depinxit, Mat. 19.
ubi

ubi per parabolam bonum semen seminantis in agro,
 & inimici, hoc est Diaboli clam lolium miscentis, nihil
 aliud uult, quam quod omnes quidem recipimus uer-
 bum, qui Christiani adpellantur, aut recepisse saltem
 uideri uolumus: nihilo tamen secius diaboli quoq; semē
 admittimus. At sementem Deus tolerat ex tritico & lo-
 lio surgentem, usque in diem messis: quin etiam iubet,
 ut utrumque sinamus crescere: seruata tamen grauium,
 quibus abiectione & leuium, quibus uenia tantisper debe-
 tur, ratione, de qua nunc non est dicendi locus: cresce-
 re inquam sinamus usq; in diem messis. Idem portendit
 parabola uerriculi ad piscium uenationem expāsi, quo
 boni simul & mali colliguntur, simul uictitant, uersan-
 tur, miscentur. Et tandem ueniunt angeli, & separant
 putidos ab integris & recentibus. Idem pollet de uirgi-
 nibus decem parabola. Hic istud discimus quod uniuersa
 multitudo Christianorum, quae se fidelem censem, si-
 mul unus fidelis populus, una Ecclesia dicitur, et aduc-
 non est illa incōtaminata, nā ne uos multos habet: quo-
 rum ad quosdam conniuēre, alienum à Christo non est.

Habes nunc tam in ueteri quam nouo Testamento,
 Ecclesiam tam ex fidelibus quam infidelibus, sed fidem
 simulantibus, congestam: neq; adhuc talem, cui neq; ru-
 ga hēreat, neq; macula. Nam olim omnes uitulum uel
 conflabant uel adorabāt: & cum Christo Iudas fuit: cū
 Apostolis Ananias, & Saphira, et Alexāder Aerarius,

& falsi fratres, & exploratores, qui libertatem Christianam prodere, & circumcisionem Christo iungere conabantur: attamen ubicunq; cum Christianis habitant, nomen Ecclesiae ad hunc modum accepte, non immutabant.

Est igitur alterū Ecclesiae Genus, quod Paul. Eph. 5. de scribit, sic inquiet: Viri, diligite uxores uestras, quæ ad modum Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, ut ipsam sanctificaret: quam aquæ lauacro per uerbum mundauit, ut eam sibi copularet, quò præclara esset Ecclesia nō habēs uel rugā, uel maculā. Hic nemo negat unā ueluti columbā in Canticis esse Ecclesiam. sed quam: Eam nimirū, pro qua se Christus tradidit, in eum usum, ut sibi eā sanctificaret: quæq; dū uerbo isti, quod Christus sese pro nobis tradidit, crederet, aquæ lauacro tincta, sic ab eo mundaretur, ut prorsus spectiosa & præclara esset Ecclesia Christi sponsa, citra omnē rugam & maculam. Sequitur ergo, quod qui credunt Christum ita nos dilexisse, ut seipsum pro nobis sanctificādis traderet, Christi Ecclesia sint, & ab omni ruga et macula alieni: nā Christus eos adhuc usum mundauit, ut sibi copularet. Porrò quos filius liberauerit, uerè liberi sunt: & quod deus mundauit, ne Petro quidē permittitur, ut immūdū dicat. Una igitur ista formosa colubia, ab omni labe libera, nō aliquot Pontifices sunt, etiā sancti, pij, immaculati, sed quotquot se Christi sanguine redemptos,

ne redemptos, ac ei uelut speciosam sp̄osam copulatos, in cōcūsse credūt. Nō enī se int̄ angustū cōtrahi patitur, ut intra pauca, & sibi solis hūc honorē arrogātiā, membra contineatur: sed, per uniuersum orbem sese extendens, ubiq; membra sumit: & quanto uastior, ac amplior, tanto & speciosior est.

At obiciunt hic quidā, talis Ecclesia tā nusquam est. quam Platonis respublica: Quod nemo sine crimine uiuat, quod omnes peccauerint, quod nosipso seduimus, si peccatū habere negemus: qua ratione igitur fieri posse, ut alicubi sit Ecclesia, quæ rugā nō habeat, aut maculam? Quibus ad hūc modū satisfacimus. Quæ sine ruga est & macula, non suopte ingenio talis est, sed Christi beneficio. Sic enim inquit Paulus: Dilexit Ecclesiam (Christus uidelicet) & tradidit seipsum pro ea, ut ipsam sanctificaret. En tibi, unde sancta sit, pura, & ab omni ruga levigata. Christus tradidit seipsum pro ea, ut ipsam sanctificaret. Nos n. quid sumus quām uitiorū lerna? Vnde cum mūdi esse cupimus, alio lustrāte opus habemus: at is solus Christus esse potest. Agnus enī est, qui tollit peccata mūdi, in eius noīe qcquid petierimus, a patre accipiēmus: at quomodo inuocabimus, si nō credamus? Inuocāt ergo, ac petūt à patre per Christū iij modo, qui Christo nitūtur: at qui nitūtur Christo, quām qui sciunt eum pro nobis esse passum? quomodo uero hoc scitur? Fide, Cōstat igitur, quod qui in Christo nitūtur,

DE ECCLESIA

sine ruga sunt et macula, eo quod Christus sine his ipsis est qui & noster est: nos enim sanctificauit, ut illi iungi per ipsum possemus. Atq; hoc est quod Diuus Io. 1. cd. 2. docet: Sed & si peccauerit quis, adiudicatum habemus apud patrem Iesum Christum, iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris &c. Et Paulus ad Hebr. 10. Cum igitur fratres liberam, ac certam fiduciam ad ingrediendum sancta habeamus per sanguinem Iesu, quam ille uiam nobis instaurauit, nouam quidem, sed uiuam, per uelamen, hoc est per carnem suam. Cum etiam habeamus sacerdotem magnum, eundem Christum constitutum super domum Dei, accedamus cum uero corde & fidei absoluta firmaq; persuasione, ut corda nostra sint aspersa, hoc est, lustrata a malorum conscientia, & corpus ablutum aqua munda: teneamus confessionem huius fidei nostrae indeclinabilem. His testimonijs manifeſte docemur, quod per Christum nobis uia perpetuo patet ad Deum, ut qui sit super domum, hoc est Ecclesiam Dei perpetuus sacerdos constitutus & propiciator: sed hac ratione, ut Fidei confessio inconcussa maneat. Hi ergo sine ruga sunt & macula, qui in Christo sunt: is enim solus eas abstergere potest.

Fit hoc apertius, cum ipsius Christi uerba protulerimus, Cum discipulos Mat. 16. interrogasset: Vos autem, quem me tandem esse dicitis? Ac Petrus omnium nomine respondisset: Tu es Christus filius Dei unius, redidit

H V L D . Z V I N G . C O M M E N T A R I V S . 177

dedit inter alia Christus: Et ego tibi dico quod tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. Ne hic diutius super istorum uerborum sensu digladiemur, uicit enim olim sententia, quae Christum petram facit, non Petrum: neque id solum, sed & fides eam dictat: & Christi uerba alibi aperte ipsam germanam esse ostendunt, ubi se uitem facit, nos palmites, qui frumentum nullum dant, nisi in uite manserint. Ioannis. 15. Ne inquam his immoremur, uidemus hic luce clarius ut supra ipsam Christi Ecclesiam sponsam suam (dicit enim ipse patuit in meam) hic habere fundamentum, & robur quod sit clavium eius, cum confitetur Christum Dei uiui esse filium, hoc considerat ipsa loquitur, pereant qui contra loquuntur. ratione. Quod autem quibusdam hoc leue nimis uidetur, inde prouenit, quod Christum filium Dei esse uiui, se potius credere simulant, quam uere faciant. Qui enim filium Dei esse credit, quem uidet pro se cruci adfigi, qui fieri potest, ut non simul peccati magnitudinem pondere: tantam nimirum, ut solus Dei filius ipsum expiarere possit; & imbecillitatem in modo impotentiam nostram, ut quæ tanta sit, quod nostro marte ad Deum accedere nulla ratione datur? Cum igitur Dei filius nos a peccati morte liberavit, ac nos id firmiter credimus, fieri non potest, ut non admirabili metamorphosi in alios homines transfiguremusr. Id autem quum tam raro fieri uideamus, hinc prouenit, quod iuxta Prophetæ uer-

bum omnes sunt hypocritæ. Vnde & Apostoli tanto*
pere ubique sudant, ut ueterem hominem exuamus, &
nouum induamus, nempe Christum. Magnum opus est
Christum cruci adfixum credere filium Dei esse. Hoc
opus Dei esse, ipse testatus est Ioannis. &. Hoc est opus
Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Qui igitur, &
quotquot Christo fidunt, supra Petram, que nullis uen-
torum procellis concuti, nullis diluviorum inundatio-
nibus dilui potest, ædificati sunt. Et quotquot supra
eam ædificati sunt, Christi Ecclesia sunt: mean enim
ipse dixit. Sua autem esse non potest impura & ru-
gosa. Relinquitur ergo, quod qui Christo fidunt, sine
ruga sunt & sine macula: nam omne studium huc uo-
cant, ne in peccatum, in quo prius mortui erant, rela-
bantur. Roman. &. quod qui non faciunt, labijs magni-
fica detonant, factis Christum produnt: quo deinde sit,
ut nomen Dei per eos male audiat.

Hec est illa Ecclesia que errare non potest, quod
sibi Pontifices tam falso, quam impudenter arrogant.
Nam haec Ecclesia Christi uno uerbo Dei nititur: quod
tam firmum & immobile est, ut cœlum & terram ci-
Falsa Reli tius ruere oporteat, quam ipsius unum apicem-
gio. Contra, Pontificum Ecclesia suo uerbo nititur. Cura
Pontificū runt quidem tanquam sint à domino missi, sed uisio-
Ecclesia. nes, hoc est placita cordis sui loquuntur. Vnde nihil
quidam

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIUS.

179

quam tenebras miserorum oculis offendunt. Lumen enim Fidei, quo uerbum & agnoscitur, & fratribus proponitur, cum non habeant, uide quanta sint tenebrae. Quod pulcherrime Christus insinuauit Matth. 5. inquiens: Si ergo lumen quod in te est, tenebrae sint, ipse tenebrae quanta erunt? Quod autem fidei lumen non habeant, hinc patet, quod uerbum Dei non unice praedicant & tuentur. Nam fidelis mens ea est, que unum Deum spectat: at quae hoc facit, nullius uerbum audire potest, quam Dei sponsi sui: tam abest ut possit humana delyramenta alijs praedicando inculcare. Hæc omnina planis Christi uerbis plana sient. Ioan. 10. ubi doceat, quod qui aliunde quam per hostium in ouile ouium introierit, fur sit & latro: hostium autem se esse, paulo post aperit. Quid ergo per Christum in caulas Dominicas ingredi, aliud est quam Christum indu-tum esse? Christi uerbum unum ac solum adferre, & esurientibus proponere: sicut enim pater eum miserat, sic & ipse discipulos suos misit. Christus autem, cum Pontificum placitis & traditionibus acerrime depugnat, & Dei uerbum unice audire præcepit: ergo qui se per ipsum in ouile suum ingredi iactant, aduersus humanas traditiones pugnabunt, & uerbum Dei unice propone-re sat agẽt: qd' si minus fecerint, iã Dei uerbo iudice, fures sunt et latrones. Tales autem cū sint, qui fieri potest, ut errare nequeat, quod ppterera fures facti sunt et latroes,

M ii

DE ECCLESIA

quod à uero tramite declinauerunt? Ecce tam abest, ut
quorundam Pontificum conuentiones Ecclesia sint ista
Christi sponsa, quæ errare non potest, ut si recte ad æqua
quilibrium eos expendas, fures & latrones potius sis
pronunciaturus, quām quicquam aliud.

Adhuc tamen esse oportet speciosam Ecclesiam, que rū
gam non habeat, neq; maculam: aduersus quam etiam
inferorum munitiones, ac portæ nihil possint, & secun
dum ista, que labi & errare nesciat. Eam igitur Chris
tus pulcherrima ouium, & pastoris parabola ostendit. Ibidem docens, quod oues uocem pastoris audiant,
si sit pastor, & quod eum sequantur: sed alienum non
sequantur, quia uocem eius non agnoscant. Ouium er
go est iudicare, pastor an fur sit qui ad se uenit: & an
uox pastoris an infidicatoris sit. Vnde autem ouibus tan
ta solertia, ut hic non hallucinentur? hinc quod paulo
post sequitur: Ego cognosco oues meas, & cognoscunt
me meæ. Vnde autem cognoscunt oues Christum tan
tagaciter, ut nullius uocem pro illius accipient? Hinc,
quod à Deo cogniti sunt: hinc, quod pater eos traxit
(nam ad Christū nemo uenit, quām is, quem pater eius
traxit) hinc, quod omnes à Deo docti sunt. Sequitur er
go, quod hæ oues modo non errant, quæ uocem pasto
ris sui tam probè agnoscunt, ut aliam prorsus non re
cipiant. Entibi Ecclesiam quæ errare non potest, eam
uidelicet, quæ solam pastoris uocem audit: & pastoris non

non cuiuslibet, sed eius solummodo, qui per ostium in= trat, qui solum hoc adfert quod Christus: qui solum in nomine patris uenit, quomodo & Christus: & (ut bre uiter dicamus) cum sit unus tatum pastor, tametsi abu= siue plures adpellentur pastores. Hæc tandem sola est Ecclæsia labi errareq; nescia, que solam pastoris Dei uocem audit, nam hæc sola ex Deo est. Qui enim ex Deo est, uerbum Dei audit. Et rursus: Vos non auditis, quia ex Deo non estis. Ergo qui audiunt, dei oves sunt, Dei Ecclesia sunt, errare nequeunt: nam solum Dei uerbū sequuntur, quod fallere nulla ratione potest. Quod si aliud uerbum sequuntur, iam non sunt oves Christi, non

Falsa Re=
ligio.

grex, non Ecclesia, nam alienum securti sunt. Hoc enim est ouium, ut alienum ne audiant quidem. Sic enim prosequitur Christus: Omnes quotquot uenerunt (intellige in nomine suo) fures sunt & latrones, sed non audie= runt eos oves. Ergo, quotquot audierunt, fures & la= trones, non sunt oves Christi: nam oves Christi non au= diunt istos. Vide in transcursu periculum etiam immi= ouibus, cū nere ouibus, si eos audiāt, qui suum uerbū adferunt. audiunt

Habes iam, que nam sit Ecclesia, que errare neque= eum qui at, ea nimis sola, que solo uerbo Dei nititur: non eo nō est pa= quod Emserus putat nos solum spectare, quod literis, stor. aut uocibus constat, sed eo quod in mente splendet: & omne uerbum à quocunq; adferatur, agnoscit an pa= tris, ac pastoris sui sit nec ne. Que lux non aliude ha=

DE ECCLESIA

ritur, quam à patre luminū, qui per spiritū suū ita suos
 omnia docet, ut omnia iudicent: & ipsi à nemine iudi-
 centur, nam à nemine seduci possunt. Turgeat licet al-
 lius eloquentia, aliis iniquo dominatu cūctos premat:
 ueritatem hic noster immotæ rupi similis stat, moueri
 nescit: nam scit quæ uox Dei, quæ seductoris sit. Atq;
 hæc est unctio, quam Io.1.cap.2.nos omnia docere per-
 hibet. Hæc inquam errare non potest, nam neq; quis-
 quam præter solum Deum ipsam docere potest. Vides
 quo frigidæ istæ Pontificum argutiæ cadant; dum con-
 tendunt uerbi cœlestis sententiā ab hominū iudicio pen-
 dere oportere? Cum ex superioribus planè constet uer-
 bo nusquam fidem haberí, quam ubi pater traxit, spia-
 ritus monuit, unctio docuit (atq; hæc unū sunt) fateor
 hic tibi ignoscendum esse Emsere, dum uerbi uim non
 sentis, quod etiam hanc de Ecclesia sententiam non ca-
 pis. Nunquam enim scies, quæ nam sit Ecclesia que la-
 bi non potest, nisi uerbum agnoscas dei, quod Ecclesia
 constituit, dum eo fidere facit, & eam ab errore desce-
 dit: dum aliud uerbum audire non permittit. Hanc rens
 sole pīe mentes norunt. Neq; enim ab hominum disce-
 ptione pēdet, sed in animis hominum tenacissime se-
 det. Experiencia est: nam pīj omnes eam experti sunt.
 Doctrina non est: nam doctissimos homines uidemus
 rem saluberrimam ignorare. Hinc est quod Christus
 patri gratulatur, quod hec à sapientibus absconderit,
 et in

& infantibus adperuerit. Frustra igitur pro quibusdam adeo sumus anxii, quod uerbum recipere nolint: sed frustra non erit, ut anxie Deum precemur, quo sp̄itus sui gratiam largiri, & in agnitione uerbi sui trahere dignetur.

Vides etiam hic Emseri, quām probē sibi constent, que de Ecclesia in confutatione nostra scripsimus, que tu uelut minime coherentia, satis incūlter calumnias. Diximus hanc Christi sponsam Ecclesiā per uniuersum orbē, ubiq; fideles sunt, dispersam: ne tā misere, instar alligatē Hierosolymis asinæ, Christi oues aut Rhome, aut Alexandris, Iulijs, Leonibus, Hadrianis per petuō astringerentur. Ne tu putas temere distum esse. Diximus hominum oculis obscurum esse, qui nam, aut quot intra Christi Ecclesiam sint: ad hunc usum, ut appareat non istuc esse Ecclesiam, ubi aliquot Pōtifices cōgeminant, sed illic, ubi uerbo Dei hæretur, ubi Christo uiuitur. Quod & ipsum soli deo nudum & apertū est, tam potē malū est hypocritis. Fieri enim potest, ut nō modo iij, qui uerbo obſtrepunt, extra hāc Ecclesiā Christi sp̄osam cōstituti sint, sed etiam hi, qui se Christi esse prædicāt, quiq; pia in proximū opera multa exercent. Nam ista sēpenumero ex mente impīssima proficiuntur. Sunt enim quos gloria uexat inanis, deū autē nemō latere potest, huic renes et corda patent. Hic diximus hanc Ecclesiam hominibus ignotam & nunquam

coitur an esse usq; ad ultimum istum diem, quo Dei filius ad se uocabit omnes Gentes, et iudicio cum eis contendet: illuc uidebitur qua quisq; fide fuerit.

Postremo loco diximus de peculiaribus Ecclesijs. Et hoc, quod Christus morbidam ouem excludi à grege ius sit, Mat. 18. eis tribuimus, quod uniuersa omnium membrorum Ecclesia nunquam hic coire potest: cui dicemus quod frater nollet resipiscere. Neq; hoc sine exemplo diximus, sed Pauli tum uerba tum exemplum adduximus: qui Ecclesiæ, que tum Corinthi erat, iussit ut eū, qui parum pudice cum nouerca uersabatur, tantisper abiicerent, donec eū facti pertesum esset. Sic in Actis. 13. apud Ecclesiam, quæ Antiochiae erat Paulus et Barnabas Niger, reliqui fuerunt: Sic passim in literis sacris de peculiaribus Ecclesijs sermo fit. Sed omnes istæ Ecclesiæ una Ecclesia Christi sponsa sunt, quam Graeci catholicam, nos uniuersalem appellamus. Que nō est omnium episcoporum collectio, sed sanctorum, hoc est fidelium omnium communio: ut patres in symbolo addiderunt. Nam apud ueteres uidere licet hanc partitam, sanctorum communionem defuisse: sed succedente tempore, cum sibi nimirum hi, qui hodie quoque se pro catholica Ecclesia gerunt, hoc nomen arrogarent, explicandi nominis gratia fuit addita.

Harum itaque est, ut iam patuit, impudenter delinquentem abiucere: et resipiscentem ac ad regulā Christi sese

si se se componētem, rursum in gratiam & communio
 nem admittere. Harum est & de pastore iudicare, ut
 supra dictum est, & de doctrina. ut. 1. Corinthio. 14.
 Prophetæ autem duo uel tres loquantur, & reliqui di-
 iudicēt: nam si alij sedenti reuelatū erit, primus taceat:
 potestis enim singuli prophetare, ut omnes discant, &
 cōfolationē, adhortationēq; accipiant. Etenim spiri-
 tus prophetarū prophetis obtemperant. Videmus hic pla-
 nē quod uerbū Dei olim lōge alia ratione tractatū fuit,
 quam hodie. Nā nō solis per ordinē prophetis, sed uul-
 go etiam in subsellijs sedentibus, in Ecclesia de uerbo lo-
 qui licebat, quod spiritus reuelasset. Qui mos, si nunq;
 remisisset, nūquam tot errores in Christi Ecclesiam fuis-
 sent inducti: sunt enī semper qui per spiritum cœlestē
 deprehendunt adfectuum docentis fraudem. Qua deins
 de patefacta, liberaretur uerbum à uiolenta deprauatio-
 ne: sed hoc detrimēti istinc uenit, quod spiritus prophe-
 tarum noluerunt prophetis subiisci. Quo etiam mani-
 festum fit, quod horum prophetarum spiritus non ex
 Deo fuerunt, qui fratribus prophetantibus, obtempe-
 rare & auscultare noluerunt: nam uerorum prophetar-
 rum spiritus, prophetantibus obtemperant. Paulatim
 uero hūc uentum est, ut quicquid peruersissimus quisq;
 nugator pro suggestu, in loco scilicet prophete effuti-
 ret, pro oraculo haberetur: & quisquis non habcret,
 sed uel grīj contra mutiret, crudelissime uapularet.

Quod autē hic quāsi piam obīcere posset: Hic uerbi
indicem constitui, Ecclesiam, etiam quamvis, & nos su-
perius strenue negasse ullum ei iudicem imponere li-
cere. Dicimus, Idem sentire quod prius, nam perpetuō
qui spiritualis est, omnia iudicat: ueruntamen quid aut
quomodo iudicet, audire oportet. Qui in Ecclesia scri-
pturam cœlestis uerbi explicari audit, hoc quod audit
iudicat: attamen quod auditur, nō est ipsum uerbū quo
credimus: si enim eo uerbo, quod auditur uel legitur, fideles
redderemur, omnes planè essemus fideles. Alicubi
enim uerbū fidei uel legimus, uel audiūmus, præsertim
hac tempestate, qua omnia reboant Euangeliū, etiā fil-
iae & arua. Sed contra uidemus, & audire & uidere
multos, nec tamen fidem habere. Manifestum ergo sit
quod eo uerbo, quod cœlestis pater in cordibus nostris
prædicat, quo simul illuminat, ut intelligamus, & trahit,
ut sequamur, fideles reddimur. de quo satis paulo si-
perius dictum est. Qui illo uerbo imbuti sunt, uerbum,
quod in concione personat, & aures percellit, iudicat:
Sed interim uerbū fidei, quod in mentibus fidelium se-
det, à nemine iudicatur, sed ipso iudicatur exterius uer-
bum. Quod & ipsum Deus in medium adserri ordi-
nauit, tametsi fides nō sit ex uerbo externo. Quod pro-
bè Christus explicit per parabolam seminis in cal-
lem, saxum, spinas, & bonam terram cadentis. Iudi-
cat autem fidelis nō ex sua, sed diuini spiritus sententia:
propter ea

Propterea dixit, Prophetarum spiritus Prophetis esse audientes. Non enim est contumeliam et dissidium Deus, sed unitatis et pacis. Vbi cuncti; igitur fides uera est, ibi et spiritus coelestis esse cognoscitur: ubi cuncti; autem spiritus coelestis est, ibi studium unitatis et pacis esse, nemo ambigit. Fit igitur, ut quicunque fidelis Propheta sit, si cubi ignorat et errat, corrigentem ac docentem ultrò admittat, etiam infimum quemque. Neque est periculum, ut in Ecclesia confusio fiat: nam si per Deum Ecclesia congregata est, ibi ipse est in medio eorum: et quotquot fedes sunt, ad unitatem et pacem tendunt. Ac si qui uel arroganter uel odiosius contendere perstiterint, statim olfacent, qui nam ex affectibus, qui ex caritate et Dei spiritu loquantur, et sic garrulos compescant.

Hoc autem, ut expeditius faciant, gnomona habet, quo spiritus explorare docuit diuinus Ioannes, an ex deo sint.
 2. cap. 4. Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est: et omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo non est: et hoc est antichristi. Quid autem est credere Christum Iesum in carne uenisse? an ne hoc tam salutare est? minime, nisi credamus nobis uenisse, et nobis Christum Iesum, hoc est, unctum, saluatorē esse: eum, qui uerè rex et saluator est filius Dei et hominis. At si ipse salvus est, ut uerè est, quid prodest alibi salutem querere? an hoc citra iniuriā natura saluatoris fieri potest?

DE ECCLESIA

Is ergo spiritus ex Deo est, qui illi soli gloriam tribuit:
 contra ex Deo non est, qui creature tribuit, quod Dei
 est. Quod si nunc dissidium de uerbi sensu in Ecclesia
 oriatur, hi qui spirituales sunt, cōfestim uident, qui sen-
 sus maxime ad dei gloriam, Deiq; uoluntatem tendat:
 qui contra fieri enim nequit, ut qui de terra est, nō de
 terra loquatur: et qui de cœlo est, non omnes uincat
 apud eos, qui eodem spiritu imbuti sunt. Exemplo fiet
 Claves o= hæc res apertior. De clauibus multa sunt, etiam hac
 biter tra= tempestate iactata, sed quām recte, piorum esto iudiciū,
 ētate. nos hic cum sinum non excutiemus. Alij Pontifici R^o
 mano adiudicarunt, alij cuiuis, ut uocant sacerdoti: &
 qum maxime pij uideri uoluerunt, peccata per solum
 deum remitti tradiderunt, sic tamen ut sacerdos remis-
 sa pronunciet. Atq; hūc detorserunt iudicium Leuita-
 rum, quorum erat de lepra decernere. Decem lepro-
 sos, quorum tamen qui Samarites erat, ad Saluatorem,
 non sacerdotem gratulatum redibat. Et Lazarum è su-
 scijs sepulcralibus extractum. His nunc uerbi dei auto-
 ritatem opponemus: ac primum pōtificis sectatoribus,
 hoc, adsentientibus suis scriptoribus extorquebimus,
 ut non negent Petro claves non illīc esse p̄fstitas, ubi
 Christus dixit: Et tibi D A B O claves regni cœlorū, sed
 solummodo promissas. Deinde ab omnibus queremus,
 ubi tandem sint traditæ: nam traditas oportet, Chri-
 stus dixit, fieri oportuit quod dixit. Respondent, par-
 tim illīc,

tim illuc, ubi dixit Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum,
quorum remiseritis peccata, remissa sunt. &c. partim,
ubi dicitur: Pasce oves meas. Ioan. 21. Nunc uide, quam
facile deprehendatur, ubi nam à recto claviū sensu de-
clinet, ubi eū teneant. Proximi sic deprehenduntur:
Si tunc Petro claves sunt traditae, cum dictum est: Pasce
oves meas, ergo pascere est clavium officium. Cū er-
go nemo tam stupidus sit, qui non per pascere, uerbo
docere intelligat, sit, ut cum illi maxime contendunt so-
li Petro, ac primum claves esse creditas, nihil aliud effi-
cient, quam quod Petro ante omnes sit uerbi ministe-
rium commissum. Nam si claves habere, pascere est (ut
certe est) negare non possunt, Petro illuc aliud nihil
quam diligens, ac fidele uerbi ministerium imperatum.
Quod autem addunt primum Petro imperatu, hic hal-
lucinatur: nam prius erat uerbi ministerium omnibus
commissum, ipso resurrectionis uestere. Alij uero, quo-
rum uiam dominus uult, sic deprehenduntur. Nō imus
inficias illuc claves esse traditas, ubi Christus dixit: Ac-
cipite spiritū sanctū. &c. Io. 20. Sed quod claves sint ali-
quod sacerdotis uerbū, aut aliud quodcunq; tandem,
quam Euāgeliū uerbū, id uero inficiamur sedulo. Nam
quod Ioānes his uerbis explicuit: Accipite spiritū san-
ctū, Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: et quo-
rum tenueritis, tenta sunt: hoc Lucas alijs sic enarra-
uit: Tūc adperuit illis mente, ut intelligeret scripturas.

Et dixit eis quod sic scriptum esset, & sic oportuisset
 Christum pati, & resurgere ex mortuis tercia die. Et
 in nomine ipsius praedicari poenitentiam & remissio-
 nem peccatorum in omnes Gentes, initio facta a Hiero-
 solymis: uos autem estis testes horum. Quod hic Lucas
 dixit, Tunc aperuit illis mentem: hoc Ioannes dixit, Ac-
 cipite spiritum sanctum: is enim ad hoc datur, ut men-
 tem adperiatur. Marcus ad hunc modum extulit: Ite in
 orbem uniuersum, & praedicate Euangelium omni
 creature. Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, sal-
 uus erit: qui non crediderit, condemnabitur. Quod hic
 Marcus dixit, Ite in orbem uniuersum: hoc Ioannes di-
 xit, Sicut misit me pater, sic & ego mitto uos. Lucas
 praedicari in omnes Gentes. & Vos estis testes horum.
 Quod Marcus dixit, Praedicate Euangelium omni crea-
 ture. Qui crediderit (praedicato nimisrum Euangeli)
 & baptizatus fuerit, saluus erit: hoc dixit Ioannes,
 Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Nam
 hac sola ratione renuntuntur peccata, si firmiter credi-
 derimus Christum pro nobis esse passum. Et quamvis
 remissio peccatorum discipulis tribuatur, hoc tamen
 aliunde non est, quam quod discipuli uerbum mini-
 strant: non enim est aliud nomen sub Sole, in quo nos
 oporteat saluos fieri, quam in nomine Iesu Christi.
 Act. 4. Ideo Lucas eam sententiam sic protulit: Sic opor-
 tet praedicari in nomine ipsius poenitentiam & remis-
 sionem

HVL. ZVING. COMMENTARIUS. 191

sionem peccatorum in omnes Gentes. Quod Marcus dixit, Qui non crediderit, condemnabitur: hoc Iohannes sic tradidit, Quorum retinueritis, retenta sunt. Retinuerunt autem Apostoli peccata incredulorum, quoniam abeuntes ab eis, pedum puluerem excusserunt, iuxta praeceptum domini Lucæ. 10. Sicut in Actis legimus fecisse Paulum Capite. 18. Claves ergo sunt passim: pascere uero est Euangelium adferre: cui qui crediderit, saluus est, solutus est: scit enim se per filium esse liberatum. Contra qui non crediderit, condamnatus est, ligatus est, carni addictus est, ut que sint spiritus, non capiat. Quod autem istorum apud Evangelistas locorum hic sit sensus, hinc manifestissime patet, quod singuli istic loci Christi adparitionem ac sermonem, qui ipso resurrectionis die coram discipulis facti sunt, describunt: quod omnibus facile patet, dum historiæ contextum recte intuentur. Nos hic diutius non immorabitur, nam in Conclusionibus nostris fusius eam rem attigimus. Nunc redibimus unde digressi sumus. Si, inquam, in Ecclesia de clavibus fiat dissensio, ut Pontifices sibi uendicent, sacerdotes item sibi: uerbum autem ad hunc modum expensem, soli Deo uendicet. Quis erit in Ecclesia fidelis, qui non aperte uideat hanc sententiam esse & uerissimam, & certissimam, si claves solius uerbi esse cognoscantur, & eius modo uerbi, quod creditum in mentibus fidelium sedet: & quod Apostoli

nihil aliud faciunt, quam quod claves adferunt, hoc est uerbum dispensant? Nam aliae duæ sententiae carnem resipiunt, quamvis altera magis altera. Pontificis enim sectatorum ita carnem resipit, ut ea nō modo mentem, sed et penè rem omnium fidelium circucripsert. Sic ergo iudicat quævis Ecclesia de uerbo, quod coram se proponitur. Sed quo iudicat? Verbo fidei, qd' intus per spiritum doctum est in animis fidelium. Iudicium ergo hoc peculiaribus Ecclesijs non ita tribuitur, ut solis tribuatur, est enim Ecclesiae Christi sponsæ. Quoniam vero illa hic nunquam coit, iudicat per partes et membrorum sua. Sic Antiochiae erant docti in Ecclesia, sic Hierosolymis: et Moses per singula Sabbata legebatur. Et cetera. En tibi fuis quid sacræ literæ de Ecclesia Christi sponsa, quæ errare non potest, habeant. Quæ ut rectius accitius capere possis, iterum in brevia quedam placita redigam, superiorum ueluti summaria.

Ecclesia, quæ eos quoq; complectitur, qui se Christi nomine falso uendant, non est sponsa Christi, neq; ista sit mentio in Symbolo.

Ecclesia, quæ firma fide Christo Dei filio innixa est, Ecclesia catholica est, sanctorum omnium communio, quam in symbolo confitemur, rugam non habet neque maculam. Christi enim sanguine abluta est, ut eidem speciosa sponsa esset.

Ecclesia ista in via Gentium, iuxta Petri uerbum, reliquum

HVLDR. ZVING. COMMENTARIUS. 193

liquem uitiae tempus non incedit: cauet enim a peccato, in quo prius mortua iacuerat. Et quoniam haec via polluta est, quamdiu in carne uersatur, habet quod poeniteat, & quod per Christum caput suum expiet.

Ecclesia ista soli Deo est cognita: homo enim uidet in facie, solus Deus in corde.

Ecclesia ista non potest errare, quia in solo Dei uerbo nititur. Est enim ouile domini, in quo oues nullius uocem audiunt, quam pastoris sui.

Ecclesia Pontificum, quae suum uerbum adfert, est Ecclesia inimici hominis, hoc est Diaboli, qui silenti nocte superseminauit zizania. Et oues quae istam audiunt, oues Christi non sunt: nam quae Christi sunt, non audiunt uocem alienorum. Vide infallibile iudicium herbi Dei.

Ecclesia, quae est Christi sponsa, & pastorem & uerbum eius iudicat. Non ergo Pontifices Ecclesiae domini sunt aut iudices, sed ministri: quos Ecclesiae integrum est abijcere cum uerbo eorum, dummodo suum, non Christi adferunt.

Ecclesia Christi sponsa, quandoquidem hic nunc quam coire potest, attamen uerbo semper opus habet: fit ut per partes & membra sua, hoc est peculiares Ecclesias, cum pastorem tum uerbum exterius iudicet: sed per uerbum Dei, quod in mentibus fidelium scriptum est.

DE SACRAMENTIS

Ecclesia peculiaris impudentem item reicit, ac pœnitentem rursus in gratiam accipit: sed nō alia ui, quād quod membrum Ecclesiae Christi est.

Ecclesia, quam triumphantem uocant, istius nostra ingenium & conditionem non habet. Vnde & in præsentia de ea nihil dicendum esse duximus.

Hæc tibi ô robustissime Ibex (sic enim appellari amas) expugnanda erant, non transilienda. Scripturam agimus, nō clamoribus. Vnde & te ostendere oportebat, ubi scripturam minus recte intellectissimus, ubi cum adulissemus: non causari Communicantes qua ratione miniato calamo primam literam haberet scriptam, & id genus nugas: quas cum doctis dudum contigeramus, & nihil quād nugas esse expenderamus. Sed & nūc ex superioribus placitis uel unum erroris concinse, & nō nihil feceris. Sed spero, quod cum Ecclesia Christi firmitatem & fundamentum uideris, ab errore pristino sis animum reuocaturus, & cum ea amicitiam fortunæq; omnes iuncturus.

DE SACRAMENTIS.

ROMISIMVS post Ecclesiæ confederationē de Sacramentis dicturos. Vocē istam Sacramentum magnopere cupiant Germanis nunq; fuisse receptam: nisi germanie esset accepta. Cum enī hanc vocē, Sacramentum, audirent

HVL D. ZVING. COMMENTARIUS.

133

audiunt, iam aliquid magnum, sanctumq; intelligunt,
quod ui sua conscientia à peccato liberet. Rursum alijs
quam istorum errorē uiderunt, dixerūt sacræ rei signum
esse. Quod equidem nō improbarē admodum, nisi hoc
quoq; statuerēt, Quod qum externe sacramentū per-
agat, certò interne per agatur mundatio. Tercij prodi-
derunt sacramentū signum esse, quod tandem detur, ubi
mentis expiatio facta sit: sed in eū usum detur, ut is quē
accipit, certus reddatur quod iam transactum sit istud,
quod per sacramentū significatur. Nō libenter dissentē-
mus à magnis uiris, præsertim hac tēpestate sic florenti-
bus ac fœliciter scribētibus, ut mundū uideātur alia spe
cie induisse, ac è rudi ex politissimum fecisse. Hoc tamē
oro, ut que hic adducturi sumus, ea lege cōsiderēt, qua
nos ipsorum semper scripta expendimus. Illud unū obser-
uamus in legendis aliorū scriptis, Quo animo uideatur
scripsisse autor: nā oīa in ipsa oratione patefiūt cōsilia.
Quod sicubi uidemus ex amore Dei et proximi scriptū
esse, conniuemus ad multa: ut et ad nostra multi nimia-
rum uchementer connuent. Attamen ubi datur occa-
sio, sarcimus pro uirili quod hiat, aduertimus quod
auersum est, liberamus uincta, ligamus temere uagan-
tia, nullius tamē perstricto inciuius nomine, quo pax,
cuius turbanda quidam adeò studiosi sunt, custodia =
tur. Duos excipio, Emserū et Eggiū: pestes enim sunt
doctrinæ Christi. In quos paulo acerbius ac nominatim

DE SACRAMENTIS

scribere coēgit sua ipsorum procacitas. Alter enim nihil admonitum, adeo fastuose adortus est imprudētem, ut Christi doctrinæ futurus desertor fūssēm (cuius negotium, nō meum ago) si epinicum canenti priusquam sub conspectum uenisset, cessissem: nam sic contra me scripsit, ac librum edidit, ut menses senos operientem, an aliquid ad nos missurus esset, frustrauerit. Alter vero perniciem nobis per infidias struxit, ac simul ad Heliuetiorum comitia, insulissimas ac mendacissimas calumnias mittens: occupare uoluit, ut si consilium processisset, iure cœsus uiderer, quo se magno Romanis Germaniæq; tyrannis uenderet. Eius ubi crimen detegi, neagari enim non potuit, Dij boni, ut ille furit. Sic & omes oro, quotquot hos Commentarios nostros lecturi sunt, ut libere, non ex affectibus iudicent: & quod uideant à Christi purissima doctrina esse alienius, loco moueantur. nō Decretis aut damnationibus ex sese petitis, sed uerbi cœlestis cuspidi ex literis utriusq; testamenti prolati. Bona igitur uenia, ut præfari desinam, dicam quid nos de nomine ac ui huius uocis compertum habeamus.

Sacramentum Varroni pignus est, quod litigantes nescio ad quam aram deponebant: & qui uicisset, pignus aut pecuniam suam repetebat. Rursus Sacramentum ius iurandum est, qui usus uocabuli etiam num apud vulgum Calliarum & Italiae durat. Postremo dicitur & Sacramentum militare, quo milites duci adstringuntur,

tur ad imperium eius, iuxta belli ius aut leges: habent enim & bella leges, sed suas quasdam: iustæ enim leges inter arma silent. Nam pro re sacra & arcana apud veteres accipi, non constat. Vnde huic acceptio[n]i locum non dedimus. Neq[ue] ei, ubi antiqua noui testamenti translatio pro mysterio sacramentum habet: nam hæc uox istam non exprimit, neq[ue] scio ut latina uox μυστήριον probè exprimat: nam arcanum ad plura extēditur, quim μυστήριον, & sacrum paulo angustius est. Vnde adducimur, ut sacramentum nihil aliud esse uideamus, quam initiationem aut oppignorationem. Sicut enī qui litigaturi erant, certum pecunie pondus deponebant, quod auferri non licebat, nisi uincenti: sic qui sacramentis initiantur, sese addringunt, oppignorant, ac uelut arrabonem accipiunt, ut referre pedem non licet. Non dicam hic quam fœde ignorauerit quidam quid etiam hæc uox initiatio significet, qui ad Epistolam meam, qua dixeram Baptismum initiationem esse, sic respondit: Et si est initiatio, tamen non est perfectio, uel iustificatio. Ignorans, quod initiatio hic non pro principio aut exordio solum accipitur, sed etiam pro celebri seriaq[ue] ad ordinem aliquem, sodalitatem, aut functionem, τέλετὴ, hoc est mysterio, aut arcana consignatione, que uerbis conceptis fit. Quibus peractis, is qui non accessus initatus est, iam functioni, ordini, institutoq[ue], cui se pit pro se addixit, præstare debet, quod institutum aut functionem recta.

quirit. Sacramentū ergo, qum aliud porrō nequeat esse
 quām initiatio, aut publica consignatio, uim nullam hō
 bere potest ad conscientiam liberādam. Eam enim so-
 lus deus liberare potest, soli enim nota est, solus enim
 ad eam penetrat: quod satis probatum est in conside-
 ratioē hominis & Euangelij. Qui ergo sicret, ut aqua,
 ignis, oleum, lac, sal, & crassae iste res ad mentem usq;
 perueniret; quod dum non possunt, quo pacto mundaa-
 re poterunt? aut quid tandem est mentis mundatio? an
 aliqua mundæ rei contrectatio? sed quid tangere po-
 test mens, aut quid mentem? Qum ergo creatura nul-
 la posset hominē intus & in cute nosse, sed Deus solus,
 relinquitur, quod conscientiam purgare nemo potest,
 nisi solus Deus. Testes sunt Solomon. 2. Para. 6. Tu enī
 solus nosti corda filiorum hominū. Et Pharisæi Luce. 5.
 Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? ac ne
 quis miretur de hoc posteriore testimonio, Validiora
 sunt testimonia, que ab aduersarijs petuntur. Toto igi-
 tur cœlo errant, qui Sacramēta uim habere mundandi
 putant. Quod cū secundi uidissent, tradiderūt Sacra-
 menta esse signa quædam: quæ dum fiant, certū reddat
 hominē de eo, quod interius sit. Quāvis & hoc frustra
 inuenierint, quasi uero dū aqua tingitur homo, iam ali-
 quid in eo fiat, quod ipse nescire nullatenus potuisse,
 nisi aqua simul perfusus esset. Ignorarūt isti, uerbo ab-
 sit inuidia, quid fides esset, aut quomodo in homine na-
 sceretur.

sceretur. Diximus dudū, fidem rem esse nō scientiā, opē
nionē, aut imaginationē. Sentit ergo homo intus in cor-
de fidem, tunc enim nascitur, qum homo sibi desperare
incipit, ac soli deo fidendum esse uidere. Absoluta uero
est, qum se homo totū abiecit, et ante solā dei misericor-
diam proiecit, sed hoc pacto, ut de ipsa, propter Chri-
stum pro nobis impēsum nihil diffidat. Hoc autem quis
ignorare potest, qui fidelis est? Tunc enim primū liber-
es à peccato, qum se mens inconcussē credit morti Chri-
sti, qum in ea quiescit: & si interea Iordanē toto fuisses
obrutus, & sexcenties concurrisserint sacra uerba, mens
tamē nihil sensisset se melius habere, nisi quantū fruola-
ista, ex mox abitura opinio, quae Sacramenta perhibet
purificare, tam cōstanter inculcata, falso persuasissē ui-
deretur. Stupēt enim, qui fidem nō habēt, ad queq; sibi
admotā, que uim aliquam habere dicuntur, ac se inue-
nisse salutē, inō etiā sensisse putat, qum tamē nihil pœ-
nitus senserint. Quod ipsa uita que sequitur adparet.
Nam si noui homines sunt, uidelicet, deū amātes ac pro-
ximū, à uitijs abhorret, Christū autē induunt: ac in dies
magis ac magis in uirum perfectū adolescunt, spiritu
sancto agente mutati sunt: sed quis hanc mutationem
non sentiat? Si uero aliquandiu sibi propter ade-
ptam innocentiam placeant, & mox, ut stupor il-
le fatuus euanuit, ad ueterem uitam, ceu canis ad uo-
mitum redeant: iam constat eos mentis mutationē non

DE ECCLESIA

sensisse, sed aquæ horrorem tantū. Baptizantur ergo multi, qui dum baptizantur, nihil præter horrorem aquæ sentiunt, non etiam peccatorum remissionem, id est mentis liberationē. Quales serè fuerunt, qui ab Iohanne baptizati sunt, & qui post Christi ascensionem, Apostolis & discipulis prædicantibus, Baptismum acceperunt, priusquam salutis per Christum certi essent, aut ad plenum eam docti, ut Act. 19. C. 10. Cornelius enim, & sui, spiritum sanctum acceperant, priusquam aqua tingerentur: certi ergo gratiæ dei fuerant ante Baptismum. Friget ergo ista opinio secunda, quæ putat Sacra menta, talia esse signa, ut cum exerceantur in homine, simul intus fiat, quod Sacra mentis significetur: nam hac ratione libertas diuini spiritus alligata esset, qui diuidit singulis ut uult, id est, quibus, quando, ubi uult: nā si tūc cogeretur intus operari, qum nos extra signis notamus, signis prorsus alligatus esset, cuius tam contrarium factum esse uidemus, ut supra testimonijs patuit. Tertio ergo loco prodierūt, qui qum aperte uiderent Sacra menta purificare non posse, nec diuinī spiritus operationem sic esse Sacra mentis mancipatam, ut cum ista fierent, ille simul cogeretur intus operari: cōstat enim spiritum sanctum interim ante Baptismum esse traditū, interim uero post, ut Act. 10. C. 19. Tradiderunt ergo, Sacra menta signa esse, quæ hominē certum faciant rei intus iam peractæ. Vnde, ut exempli causa

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIVS.

202

causa dicamus, Baptismum omnibus negant, qui non prius fidem sic diserte tum docti tum confessi sint, ut ad omnes eius articulos respondere possint. Quorum opinio & que ut proxima a uero declinat. Nam qui sic fidē & docti & confessi sunt, iam dudum certi fuerunt salutis, ut paulo ante in confutatione erroris secundorum patuit: si enim mens iam fudit, ignorare non potest fidus eam suam. Quid ergo Baptismo eget, qui iam dudum per fidem in Deum, certus fuit abolitorum criminum? Sunt ergo Sacraenta signa uel ceremoniae, pace tam omnium dicam, siue neötericorum siue veterum, quibus se homo Ecclesiae probat aut candidatum, aut militem esse Christi: redditumque Ecclesiam totam potius certorem de tua fide quam te. Si enim fides tua non aliter fuerit absoluta, quam ut signo ceremoniali ad confirmationem egeat, fides non est: fides enim est, qua niti mur misericordiae Dei inconcusse, firmiter, & indistincte, ut multis locis Paulus habet. Tantum de nomine.

Sacraenta uero duo omnino reliquit nobis Christus, Baptismum & Coenam dominicam: quibus sic initiamur, ut altero nomen demus, altero, uictoriae Christi memores, nos eius Ecclesiae membra esse probemus. Accipimus in Baptismo symbolum, quod uitam simus ad regulam Christi formaturi: Coena dominica damus experimentum, quod morte Christi fidamus, quem gratulantes & leti adsumus in coœtu, qui domino gratias

N 2

DE MATRIMONIO

agit pro beneficio redemptiois, quod moriendo pro nobis liberaliter dedit. Reliqua sacramenta ceremonie potius sunt, nihil enim initiant in Ecclesia Dei. Vnde non in merito loco mouentur: non enim a Deo institutae sunt, ut aliquid eis in Ecclesia initiemus. Hec omnia in sequentibus clariora fient.

DE MATRIMONIO.

DE MATRIMONIO hic nihil dictum sumus, quam ne cui uideatur eius dignitatem esse leuatam, quoniam inter Sacramenta non connumeramus, quoniam tamē Paulus Sacramentum adpellat Ephes. 5. Hoc ergo dicturi sumus, dupliciter isto loco peccatum esse: primo ab interprete, qui quoties arcana pro mysterio traducere debuisset, sacramentum transtulit, quoniam tamen ista uox illi non respondeat: deinde a nobis, qui sensum huius loci minus diligenter expeditimus, quo Paulus nihil aliud uoluit, quam comparatione sponsi Christi, et sponse Ecclesiae: uiri et uxoris ostendere, quod, quemadmodum Christus pro suis mortuis, et ipsorum factus est, sic et Matrimonio coiuncti, debeant pro se mutuo oia ferre ac facere: uirtutem, quam doquidem imago Dei est, cum primis uxori diligere, tueri, pro ea se expeditere: contra, uxor marito, fide, et amore unice habere. Quibus siat, ut coiuges Deo sint quam simillimi, quoniam ex aduerso Deus non dedignet se et Ecclesia suam mariti et uxoris nomine adpellari. Sancta ergo

ergo res sit cōnubium, cui se adsimilari nō deditur
 neq; Christus, nec eius spōsa Ecclesia, uel que uis fidelis
 anima. Quod si sacramentū esse contendas Matrimonii
 ea causa, quod Christū & Ecclesiam figuret, nihil mo-
 rabimur. At non est initiaio, sed foēdus, uita, fortuna=
 rumq; oīm coniunctio, & cōmuniis alea. Cū ergo Chri-
 sti & Ecclesiae coniunctio Matrimonij cōparatione di-
 scitur, quid opus est inter Sacramēta numerare? Quid
 si ista uox sacramentum nunquā esset Christianis auri-
 bus audita? an' nō Matromonium erat Matrimonium;
 & Baptismus suo nomine contentus erat; similiter Cae-
 na dominica? Quamquā ubi receptū est nomen, ipsi mē-
 hil tunc uari uelimus, sed hoc agere, ut intra fines su-
 os se se cōtineat. Matrimonii sanctissima res est, nec sac-
 ramenti nomēclatura sanctior fit aut clarior, sed ob-
 scurior & cōfusior: nemo enī ignorat quid sit cōmibiū,
 sed oēs fermē ignoramus quid sit sacramētum. Sic nemo
 ignorat quid sit Baptismus, sed pauci sciūt quid sacra-
 mētum sit. Matrimonium ergo foēdus sacratissimū esse
 agnoscamus, etiam si inter Sacramēta nunquam connu-
 meremus. An' inter Grēcos non est connubium, Baptis-
 mus, Cena dominica? sed abest ab eis hēc uox sacra-
 mentum: & Germani peregrinæ uoci non habent qd'
 respondeat. Vnde & ignorātes eam receperunt. Sacra-
 menta ergo initiationes qum sint, & nihil aliud: Matri-
 moniū uero qum foēdus sit, quod inter duos modo con-
 stat, hac uoce obscurari non patiamur.

DE BAPTISMO

JOANNES, qui Baptizando Baptiste nomen inuenit, proprijs uerbis adperuit quid Baptismus sit: Nempe initatio, quae se signabant, qui uitam erant emendatur: loquimur autem nūc de elementalī Baptismo, quo tinguntur, qui uitam nouam ingressuri sunt: nō de Baptismo, qui totam causam tam prædicationis quam intentionis complectitur. Quod dum hi, qui tam acriter hodie contra infantium Baptismum digladiantur, non uident, uidelicet Baptismum interim pro tota causa doctrinæ & sacramenti accipi, interim uero pro Sacramento, id est signo tantum, Andabatarum nonnūquam more pugnant. Sic ergo Mat. 3. loquitur diuinus Baptista: Evidēm baptizo uos in aqua in pœnitētiam. Quid porro hoc aliud est, quām: Ego tingo uos aqua, ut pœnitentiam pristine uitæ agatis, hoc est, ut superioris uitæ uos sic pudeat, ut ea prorsus abiecta, nouam ordīmini. Signo isto nihil aliud facio, quām, ut estis rudes rerum cœlestium, quod doceām uos post hac, si modo salui esse cupitis, aliam omnino uitam induere oportere. Ut quemadmodum qui ablūuntur, tanquam noui prædeunt: sic uos primum actione uisibili in abstersionem anteactæ uitæ induam. Marcus enim 1. capite hunc eundem ordinem uerborum scruat: Fuit in deserto Ioannes Baptizans & prædicans Baptismum pœnitentiae in remissionem peccatorum. Non quod sic sentiant, Ioannem

Ioannem tingere cœpisse antequam docere, sed quod facile tingeret quosq; qui ad se ueniebant: de quibus il li non constaret quam probè recepissent uerbum, neq; id exegisse. Qum enim uidisset multos Pharisæorum & Sadduceorum ad Baptismum suum uenisse, & co=gnouisset per spiritum sanctum, quod cor eorum non es=set rectum aut integrum cum domino, acriter eos ob=urgauit: Progenies uiperarum. &c. Hoc intendens: Ve=nisti quidem ad Baptismum, non ut uitam fitis pristi=nam posituri, sed ut hominibus uideamini ex eorum es=se numero, qui signo Baptismi, uelut iure iurando, aut arrabone se adstringunt ad uitæ immutationem. Intus autem nihilo meliores esitis, nec quicquam de uita pes=sima mutatis. Sed quandoquidem omnino pœnitentium coeti connumerari uultis, fructus pœnitentie ostendi=te, facite quod pœnitentes decet. Quibus omnibus pa=tet Baptismum initiale sacramentum esse, quo se signa=bant, & inter pœnitentes accensebant, qui uitam ac mores erant mutaturi. Atque hæc erat præparatio ad uenturum Christum, quemadmodum Lucas. 5. ex Isaia probat. Qum enim quisq; omni uita sua percensa, non modo nihil inueniret quo niti ad salutem posset, sed si mul etiam uideret uires deesse, quibus se à priore uita adsereret, & nouam constanter propagaret, opus ha=bebat, qui rebus sic deploratis manum præberet. Hunc ergo simul ostendit diuinus non modo Baptista, sed

DE BAPTISMO

etiam Euangelista, id quod summe necessariū fuit, qum enim pœnitentiam sciret desperationem parere, iuxta ostendit eum uenisse, qui spes lapsas rursum erigeret. Sic inquiens Io. 1. Ego Baptizo aqua, sed in medio uestrum ian constat, & natus est, imò hic inter uos quoq; adstat, quem tamen uos non nouistis, ipse est qui post me ueniet, qui tamen ante me fuit: cuius ego calciamēti corrigiam solucre non sum dignus. Ille baptizabit uos in spiritu sancto & igni Mat. 3. Act. 1. Simul ergo docuit Ioannes pœnitentiā, & eum, qui peccata deleret, præsto adesse dixit.

Baptismus Sed antequam ultra progrediamur dicendum est de spiritus sancti Baptismo, de quo qum quidam non recte sancti. sunt docti, minus de inde recte de Baptismo differunt. Est ergo & spiritus sancti Baptismus duplex. Alter, quo omnes irrigantur interne, qui Christo fidūt: ad eū enim nemo uenit, nisi quem pater traxerit. Io. 6. Eruntq; omnes à deo docti. Isa. 54. Alter, spiritus sancti Baptismus exterior est, & que atq; baptismus aquæ. Quo compluti aliquando pij, linguis cœperūt protinus loqui peregrinis. Quæres signū fuit alijs potius, quàm ijs, qui loquebantur. Qui enim loquebantur, intra se sentiebant fidem, ac mentis illuminationē, sed alij hoc de eis ignorabant. Flexit ergo ipsorum linguas in peregrinas uoces, quo alij cognoscerent spiritu diuino fieri, quod agebatur. Atq; iste posterior spiritus sancti Baptismus non est necessarius

necessarius, sed superior sic est necessarius, ut nisi de-
tur, nemo saluus fiat: nemo enim nisi fide saluus reddi-
tur: at fides non nascitur, nisi spiritu sancto docete. Vtrum
que autem Baptismum uenturum esse dixit Ioannes, quoniam
autem illud baptizabit uos in spiritu sancto et igni. Non su-
mus autem omnes linguarum signo perfusi, sed omnes
qui piis sumus, spiritu sancto illuminante et trahente, fi-
deles facti sumus. Precessit ergo Baptismus Ioannis
utrumque baptismum spiritus sancti, quantum ad Chri-
stum adtinet: aliqui enim, neque poenitentiam in-
cipi citra spiritum sanctum, posse constat. Imo baptis-
mus Ioannis etiam antecessit poenitentiam, ut iam de-
saducēs et Pharisēs patuit, et Luc. 3. Primum sic pa-
tet. Nam Ioannes mittebat eos, quos terruisset ad Chri-
stum, quem aduc ignorabant: sed fore promittebat, ut
in eo salutem inuenirent. Sic enim habetur Io. 1. Hæc in
Bethabara facta sunt, ubi Ioānes baptizabat. Sequenti
die uidet Ioannes Iesum ad se uenientem, et dicit: Ecce
agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo
uobis dicebam. Post me ueniet uir, qui ante me fuit, quia
primus meus erat, et ego non sciebam cum: sed ut ma-
nifestetur Israēli, propterea ueni ego aqua baptizans.
Ecce, ut Ioānes aqua tinxit, quos ad Christum mittit, et
ideo tinxit, ut ad Christum mitteret. Secundum autem,
nempe, quod Pharisēi quoque et Saducēi baptizati
sunt a Ioanne, sic manifestum fit. Luce. 3. sic legitur.

Dicebat ergo ad turbas, quae exibant, ut baptizarentur ab eo: Progenies ui perarum, quis ostendit uobis fuge re àuentura ira? Quod autem Lucas hic dicit de turbis, quod exirent ut baptizarentur ab Ioanne, hoc idē Matthæus. 3. sic extulit: Tūc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudea, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane. Consequens ergo est, ut & istum sermonem, Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum uenientes ad Baptismum suum, dixit. &c. Sic intelligamus, ut & Pharisæi & Sadducæi baptizati sint. Sicut enim Lucas prohibet exiūisse, ut baptizarentur, quos aperte Matthæus scribit Baptizatos esse, sic & Matthæus dixit, uenisse ad Baptismum, pro baptizatos esse. Que quidem sententia manifester fiet, si quis hoc quod sequitur, Progenies ui perarum, propius expenderit. Quod uero Luca. 7. scriptum est, alia uice factum est, cūq; alijs actum ut Mat. 11. dilucide patet.

Idem Ioannis & Christi Baptismus. Quid uero distent Ioannis Baptismus & Christi, multatum olim tum nunc est quæstio: sed inutilis platione, nam discrimen omnino nullum est, quod ad causam ac finem attinet: quamuis quod ad usum siue formam attinet, non nihil discriminis sit, quod tamen discrimen propriæ non est: varie enim eadem re circa fidei iacturam uti possumus. Nihil efficiebat Ioannis tinctio, loquimur autē hic de aquæ Baptismo, non de irrigatione interna

interna, quæ per spiritum sanctū fit: nihil efficit Christus in baptismo, nam Christus Baptismo Ioannis cōtentus fuit, tā in se quā in discipulis: quod si Baptismus eius quidam uberior ac plenius habuisset, secūdario nimurum tinxiisset discipulos, ac se ipsum non iuxta Ioannis ritū baptizari passus esset. Quod autem Christus non alio Baptismo, quām Ioannis baptizatus sit, quod ad tintatio nem adtinet (nā id perpetuò inculcamus) ne sentire uideamus Christum per spiritū suum nihil amplius impertitum esse quām Ioānem, facile apud Matth. Mar. Lucam patet: ubi uidemus Iesum more reliquorū ad Baptismum uenire, tamē si pœnitentia non egēret. Vnde et manifestum fit Ioānē nihil discrete exegisse, ut quidam contendunt. Sed omnium est clarissimum, quod Ioānnes. i. cap. scripsit, ubi Baptistam sic loquentē facit: Vidi spiritum ueluti columbam descendere de cœlo, et mansit super eum: atq; ego non nouerā eum, sed qui me misera aqua baptizare, is mihi dixit: In quē uideas spiritum descendere et manere super eum, hic est, qui Baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi ac testimonium percibui, quod hic est filius Dei. Quā ergo non nouisset eum Ioannes, nisi posteaquam uidisset spiritum cœlitus in eum descendere, haud aliter cum b. ptizauit, quā in alios quoscunq;. Quāuis obstatre uideatur, quod pauiente scriptum est, ubi Ioānnes Iesum ad se uenientem appellauit agnum, qui mūdi peccatum expiet. Sed hic

considerandum est, Euangelistam nō tantum spectare
 ordinem, quantū rei summā. Describit enim quod prio
 re loco factum est, posterius. Cum enī digito monstrā
 set agnum, mundi peccata delentem, ne cui uideretur
 audacius quam uerius esse loquutus, probat quod mūdus
 per ipsum ablui posuit, hac potissimum ratione, quod fi
 lius Dei sit: inquit enim, Et ego uidi, et testimonium perbi
 bui, qđ hic est filius Dei. Porrò, quod filius Dei sit, hinc
 probat, quod cœlestis spiritus in eum colubæ specie de
 scenderit, atq; in eum sederit. Vnde quod prius factum
 erat, posterius recitat Euangelista. Signum enim uisibi
 le Ioannis datum erat, ut eo Christum agnosceret: quem
 ubi agnouit, alijs quoq; Euāgelizat agnum esse, mundi
 peccata delentem. Sequitur enim paulo post, quod eum
 postera die iterum ostendit duobus discipulis suis, qui et
 eo deserto, Iesum secuti sunt. Quae omnia manifestans
 faciunt, quod Ioannes in Iesum Christum ducebat, &
 quam primum fieri poterat, ad illum suos remittebat.
 His ad hunc modum se habentibus, occurrit aliud, ui
 delicet, quod Ioannes non baptizauerit ignotū: adper
 te habetur enim Mat. 3. Quod Iesu ad Ioannem, ut ba
 ptizaretur ab eo, ueniente, Ioānes dixit: Ego abs te ba
 ptizari debeo, & tu uenis ad me: qui sermo non potest
 ad ignotum dici uideri. Vnde colligi posse uidetur, co
 gnitum fuisse Ioanni Iesum etiam ante quam uidisset spi
 ritum in eum descendere. Hic quonā longū esset hunc
 nodum

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIUS.

211

nodum expedire, ad August. librū. 2. de consensu Euangelistarum, caput dūt. 15. remittimus. Nos hoc solū spectamus, ut manifestū reddamus, Vnū omnino esse Baptismū, siue Ioannis eū adpellamus, siue Christi. Vna fides enim & unus Baptismus. Ephe. 4. Quod hinc etiā Mat. 3. colligi potest. Quod Ioannes causabatur se potius debere à Christo baptizari, hoc nimirum intendens, Ego eos quos initio aqua, ad te mitto, quod ipse quoq; sum ad te mittendus, tu uero ad me uenis? Christus ergo nondum eius sic secuit: Nitte ista, nam nos quicquid iustum est, hoc est, factum oportet, implebimus. Sicq; baptizatus est Iesus, non alio modo, quam cæteri hominum: nihil enim de immutatione habetur, que obmissa non esset, si facta fuisset: neq; enim magnum fuisset Christum baptizari, si alio quam vulgari ritu tinctus esset. Nunc autem qum Dei filius ab Ioanne tinctus est, à quo peccatores tingeabantur, mirum est immaculatum Dei filium istud accepisse signum, quod mutandis dabatur, qum ipse sit immutabilis Deus. Postremo quod est omnium ualidissimum, baptizabantur aduc baptismō Ioannis, qui iam Christum audierant, & iustificauerant Lucē septimo. Quod si contendas hanc id est istic loci clare significare, quod iam olim baptizati essent, nihil morabimur: eodem enim modo colligitur quod uolumus, uidelicet Baptismū Ioannis & Christi eandē rem esse: nam nisi unus atq; idem Baptismus

O ij

DE BAPTISMO

effet, rebaptizasset eos Iesus per suos. Quum ergo etia
hic contentus fuit Ioannis Baptismo, constat eundem suis
se cum Christi Baptismo: quamuis prior sensus magis
arrideat, uidelicet quod auditio Christo tincti sint, B^{ea}
ptismo Ioannis. Aut quod uero multo proprius est, acci-
pitur hoc loco, baptizati pro imbuti: ut sit sensus, quod
ij hactenus fuerint ab Ioanne docti, auditio uero Chri-
sto, de quo multa apud Ioannem audiuerant, ipsum iu-
stificauerint, hoc est magnifice, ac tanquam de iusto so-
lemus, de ipso senserint.

Quod autem discipuli Christi Ioannis Baptismo tan-
tum abluti sint, hinc patet. Io. 1. sic habetur, quod duo
discipuli Ioannis Bap. audierant hoc preconium, quod
præceptor suus de Christo pronunciabat: Ecce agnus
Dei. &c. quorum alter Andreas erat Simonis frater.
Qui si discipulus Ioannis fuit, haud dubie Baptizatus
fuit: baptizabatur enim ab eo etiam, qui discipuli eius
esse nolabant, multo magis qui cum ducem sequebatur.
Iterum habetur Io. 3. quod Ioannis discipuli nunciabant
ei: Rabi, Is qui tecum erat trans Iordanem, cui tu testi-
monium perhibuisti, Ecce, inquam, hic baptizat, &
omnes uenient ad eum. Quibus adparet, Christum per
ministros suos non alia ratione aut forma baptizauisse,
quam qua Ioannes baptizabat: nam si secus baptiz^{az}
uisset, non potuissent hoc omittere Ioannis discipuli. Ter-
cio habetur Ioan. 4. Quanquam Iesus non baptizaret,
sed discipuli.

sed discipuli eius. Qum ergo nusquam uidere sit discipulos à Christo esse baptizatos (non enim baptizabat) & simul uideamus discipulos eius baptizauisse, uerisimile non est quod alios baptizauerint, & ipsi nunquam baptizati sint. Qum ergo baptizati sunt, non alibi baptizati sunt quam in Ioannis Baptismo, nam Christus non baptizabat. Qum ergo Christus baptismum Ioannis acceperit, ac nihil tam in sua quam in Apostolorum tinctione mutauerit, constat plane Baptismum sub Ioanne sumpuisse initium, neq; discrimen ullum fuisse inter Ioannis Christiq; Baptismum, quod ad essentiam, effectū, aut finem adtinet. Constat enim Christum propter nos esse baptizatum, ut nobis Baptismum commendaret. Quem ergo Baptismum commendare uoluit? alium aliquem quam Ioannis? Cur ergo nō ipse primus illo alio baptizatus est? Qum ergo Ioannis Baptismo nobis Baptismum commendare uoluit, nec quicquam de illo immutauit, adparet Ioannis Baptismum & Christi cunctum esse Baptismum.

Sed uidentur huic sententiae resistere, quae Act. 19. & Matth. 28. scripta sunt. Nam prior locus in Actis ad pertinere contestatur duodecim quosdam in nomine Iesu iterum baptizatos esse, qui tamen prius in Ioannis Baptismo tincti erant. Quod si Ioannis & Christi Baptismus idem sunt, nihil erat opus in Christi Baptismo tingi. Considerandum ergo est utriusq; Baptismi ingenium.

Baptizabat ergo Ioannes ad initium pœnitentie,
 ut dictum est, & salutem adesse promittebat, in eo, qui
 post se uenit uerius erat, is enim agnus esset, qui peccatum
 solus tolleret, quo etiam fidere docebat: in eum enim qui
 uenit uerius erat dicebat. Act. 19. hoc est, in Christum. Ba-
 ptismus igitur Ioannis nouam uitam requirebat, & spem
 in Christo ostendebat. Atque is fuit doctrinæ Baptismus,
 nam aqua utrobiq; fuit eadem. Christi Baptismus nihil
 aliud exigebat: ipse enim non aliter quam Ioannes præ-
 dicare incipiebat. Pœnitentiam agite Mat. 4. Quod au-
 tem Christus ipse spes erat, Ioannes autem nō erat spes,
 non enim erat ipse lux, Ioan. 1. sed ad Christum mitti-
 bat, hoc nullum discriminem in Baptismo generabat: nam
 uterque tendebat in Christum: hoc est, nouam uitam
 requirebat, quæ ad exemplum Christi formaretur. Quin
 & hoc nihil arguit differentia, quod Christi Baptis-
 mus autorem salutis iam præsentem haberet, Ioannis
 autem futurum promitteret: nam eadem sors erat co-
 rum qui in Ioannis & qui in Christi Baptismo essent
 tincti, si, antequam Christus cœlos ascenderet, mortui
 fuissent. Nemo enim ascendit in cœlum, nisi filius homi-
 nis: qui est in cœlo. Ioan. 3. Quicunque ergo ante Chri-
 sti in cœlum profectionem mortui sunt, cœlos non pos-
 tuerunt penetrare, tame si uitam commutarent, &
 spem omnem in Christum tenderent: ipse enim est re-
 surgentium primus. Multo minus, quod aqua essent
 abluti

ablati, efficere potuit, ut cœli pateret. Christū enim pri-
mas in omnibus habere oportet, Coloss. i. Cum ergo Io-
annes uitam doceret esse mutandam ac formandam ad
exemplū Christi, ad quem mittebat: Christumq; ipsum.
spēm nostram esse pronunciaret: Neque Christus ali-
ter docuerit, Quid enim exigit omnis Christi doctrina
quam nouam uitam; quæ secundum Dei uoluntatem for-
metur, & Christo incōcuse fidat? Sequitur quod si do-
ctrinæ Baptismus fuit idem, idem sit et aquæ. Doctrinæ
ingenium est idem, quid enim interest, quod Ioānes pro-
tinus ad futurum dixit, & Christus seipsum exhibuit;
an̄ non & Ioannes eum ostendit, cum diceret: Ecce a-
gnus Dei? &cæt. Nec enim Apostoli aliter de Christo
priore missione dicere potuerunt, quam Ioannes dice-
bat: imò in uniuersum nemo potuit Christū exhibere,
quam ipse seipsum. Ut ergo Apostoli ad Christum tra-
hebant, sic & Ioannes, Vnde non immerito ipsum Lucas
dixit Euangelizare. 3. cap. Multa quidem, inquiens, &
alia exhortans, euangelizabat populo. Quid enī aliud
docebat Ioannes quam Apostoli? Adde quod grauiſſi-
mus eius sermo, cuius summam Ioannes Euangeli. 3. cap.
cōplexus est, Euangeli rationem ad pertissime expri-
mit, cum sic ait: Pater diligit filium, & omnia dedit in
manum eius. Qui credit in filium, habet uitam æternā:
qui uero diffidit filio, non uidebit uitam, sed ira Dei
manet super eum. Quid hoc, obsecro, aliud est, quam

Qui crediderit prædicato Euangelio saluus erit, qui uero
 nō crediderit, condemnabilius. Qum ergo doctrina
 Baptismus omnino idem sit, qui fit, ut in aquæ tinctione
 discriminem fingamus: qum uterq; in eum usum abluerit,
 ut noui homines prodiremus, uitamq; iuxta eam doctri-
 nam, quā uterq; prædicabat, firmaremus. Redicendum
 ergo nunc est ad. 19. caput, Actorū, ubi usum est quid-
 dam obstatre huic sententiæ, quod unus sit Baptismus,
 siue Christi adpelles, siue Ioannis, siue aliorum quoq;
 Apostolorum. Qum Paulus Ephesum uenisset, ac disci-
 pulos quosdam inuenisset, dixit ad eos: An ne spiritum
 sanctum accepistis, cum crederetis? Quid hic querit
 Paulus? an hoc querit, nū linguis locuti sint? Et uide-
 tur hoc querere, nam postea manibus impositis, loque-
 bantur linguis. Que ergo ista noua percontatio est?
 Num hoc ad fidem requirebatur? Minime, qum uideas-
 mus linguarum miraculum rarius esse factum. Nō ergo
 de linguarū dono interrogabat, tametsi hoc postea se-
 queretur, sed de interno fidei robore. Constatbat enim
 illi, quod per Apollum essent baptizati, hoc est, docti,
 qui tamē primum, ubi Epheso Corinthum uenisset, ab
 Aquila & Priscilla, examissim uiam dei doctus erat.
 Vnde qum Paulus merito uiceretur, ne fors quiddam
 eis decesset, interrogauit an per spiritum sanctum intus
 docti essent, ut saluti per Christū nihil diffideret. Qum
 ergo istud non dum adsecuti essent, negant se spiritus
 sancti

sancti mentionem unquam audiuisse. Miratur ad hanc
 uocē Paulus, rogatq; in quid nam baptizati essent. Re=
 spondent in Baptismū Ioannis. Ecce, ut hic Baptismum
 pro doctrina accipit, quemadmodū & Christus Mat. baptismus
 21. qum Iudeos interrogat, Ioannis Baptismus, ex ho= doctrina.
 minibus erat, an ex Deo. Vbi manifestum est, Christum
 non de aquæ Baptismo loqui, nam is prorsus de terra
 erat, sed doctrina cœlo descenderat. Et Io. 3. dicunt Io=
 annis discipuli: Ecce hic baptizat, et omnes ueniunt ad
 cum. Qum tamē ipse non baptizaret, ut quarto postea
 capitulo habetur, sed Baptizabat Christus doctrina:
 qum non aliter doceret, quam etiam Ioannes, quod ad
 argumentum adtinet: nam aliās nemo sic docebat tan=
 quam potestatem habens. Eodem. 3. cap. Io. paulo ante
 iam adductum locum sic ait: Post hæc uenit Iesus & di=
 scipuli eius in terram Iudeam, & illuc demorabatur
 cum eis, & baptizabat. Hic qum doctrinæ mentione
 prorsus nullam faciat, sit manifestum, quod baptizare
 pro docere usurpauerit Euangelista. Hic moneo, ut di=
 ligenter attendant, qui hunc locū minus germane in=
 telligunt. Quod nunc sequitur, nō dixit Paulus in eum
 usum, ut Ioannis Baptismi existimationem leuet aut di=
 gnitatem, quemadmodū uulgo credidimus, sed ut inge=
 nium eius clare explicet: quo exposito, isti cognoscere
 possent, an sic in pœnitentiam & Christum concessis=
 sent, quemadmodū Ioannes prædicauerat. Sic ergo ait:

Ioānes quidem baptizauit Baptismū poenitentia. Quid
hoc aliud est, quam, prædicauit poenitentiam? Populo
dicens, ut in eum crederet, qui ueniebat, hoc est, in Chri-
stum Iesum. His auditis baptizati sunt in nomen domi-
ni Iesu. Si ergo isti hanc Baptismi formā tenebāt, quam
hic Paulus recitat, quid queso ei deerauit? Si enim pœ-
nitebat eos uitæ prioris, & spem omnem in Christum
habebāt, iam renati erant. Fit igitur manifestum, quod
in Ioannis doctrina nō sufficienter instituti erāt, quan-
tumcūq; putarēt se in ea promouisse. Quis enim Apo-
stolorum clarius Euangeliū Christi prædicauit, quam
Ioannes, ut paulo ante uisum est? Defuerat autē & ipsi
Apollo non nihil, ut Act. 18. habetur, unde ne uerissimi-
le quidē est, ut teneri aduc discipuli expeditiores essent,
quam magister, tam cattatus in legis, prophetariūq; cri-
ditione. Quid ergo hactenus credidissent se Ioannis do-
ctrinam recte tenere, Paulo summam recitante, inuenie-
runt se aduc longe abesse ab absoluta doctrina. Bap-
tizantur ergo, id est, ducuntur per Paulum in Christum.
Nam neq; hoc tacendum est, ut cunq; Latini interpre-
tes uerterint, Græci tanen iſſic loci constanter habent:
In quid Baptizati estis, non in quo: & iterum, in Ioan-
nis Baptismum, non Baptismo. & Paulopost baptiz-
auit Baptismum poenitentiae, non Baptismo. & po-
stremo baptizati sunt in nomen Domini Iesu, non in
nomine. Tametsi non ignorem eiusmodi schematiſ-
mos

mos nonnunquam ad hunc modum uerti, sed hoc loco monet sermonis constaneia, ne temere dictum putemus. Quia, ut criticos istos nihil moremur, multò uidius est, quod Græci Mat. 28. habent: Baptizantes eos in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti, quam in nomine, quemadmodum Latini habent. Nam in nomine Baptizari, est in fidem in deū inscri: nomē autē potestia, maiestate, gratiā hoc loco significare nō est nō uum, ipse Christus enim dicit Matth. 16. In nomine meo daemonia ejicient, id est in mea uirtute: nihil enim habebant Apostoli siue dictorū, siue factorū, quod merito sibi tribuere possent, ut inquit Paulus Ro. 15. & Actorum quarto negat Petrus ullū esse nomē sub sole, quam Christi, in quo salui possumus fieri, hoc est per solam Christi gratiā. Quamuis interim, quod ad exteriorē aquæ Baptismū adtinet, non uetem, dum tingimus aut initiamus Baptismo, sacris his uerbis uti: tametsi baptizare in nomine Patris & Filij. &c. re uera nihil aliud sit, quam eos qui prius carnis erant & mudi, iam Patri Filio spirituiq; sancto initiare dedere cōsecrare. Ex his secundae quoq; obiectioni facile respōdetur, ubi dicebatur Christi Baptismū aliam esse formam, quam Ioannis, nam ea uerba, quæ Mat. 28. scripta sunt: Baptizantes eos in nomine. &c. non ad hunc usum solummodo dicta sunt, quo Theologi alligauerunt. Germanus enim horum uerborum sensus est, ut qui Christum sint induituri, Patri Filio spirituiq; sancto initiantur, hoc est iungantur, ad-

stringantur. Externa uero res est, qum tinguntur con-
currentibus sacris uerbis, In nomine patris, & filij, &
spiritus sancti, ac ueræ rei signum, & ceremonia. Ut cū
aliquid per manus traditur, ipsa manuum copulatio nō
est rei traditio, sed uisibile signum, quo testamur con-
tractum esse ex utrāq; parte perfectū. Sic sunt cerimo-
niæ exteriora signa, quæ accipiētem alijs probant cum
se ad nouam uitam obligauisse, aut Christum confessu-
rum esse usq; ad mortem. Hactenus de Baptismo.

Quod autē ad infantium Baptismum adtinet, queunt
quidam eis hodie sic negant, ut si tam constanter abhor-
rerent à contentione, factionibus, rixis, maledicentia,
elatione animi, & impatientia, satis laudare nemo pos-
set. Nunc qum rogas an infantes tincti Baptismo dānen-
tur nec ne, ipsiq; respōdeant non dānari: & cōtra siro-
ges an damnentur si non tingātur, respondeant nō dān-
ri: tuq; inferas, nō ergo cōtineri infantes hac lege, Qui
crediderit (prædicato scilicet, auditōq; Euangelio) &
Baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit,
damnabitur: nam hoc adultis dici, non eis qui audire ne-
queunt, non ergo posse infantes à communi salute re-
iici, eos præsertim qui à fidelibus prognati sunt: nam
aliqui conditionem eorum deteriorem futuram, quām
carnalis Israēlis. Si ergo Christianorum liberi haud mi-
nus Dei sint quām Israēlitarū, quis eos uictet baptizari
iuxta Petri uerbum? Act. 10. nihil de pertinacia mutat.
Peculiari

DE EUCHARISTIA H. Z. COMMENT. 222

Peculiari igitur libro, absolutis his Comentarijs, infantium Baptismum Deo uolente tractabimus.

DE EUCHARISTIA.

Scripsimus ante annos duos inter articulos sexaginta septem, decimo octauo de Eucharistia, ubi tempori multa potius scripsimus quam rei. Nequit enim Christus satis laudare fidelem uerbi sui disp̄satorē, qui tempestive cibum adponat famulicio domini, sic per admirationem inquietis Matt. 24. Quis, id est quantus est iste fidelis dispensator, et prudens, cui dominus familiam suam credidit, quo cibum ei tempestive præbeat? Statuimus ergo perpetuo tenore sic disp̄sare uerbum, ut fructum plurimum domino nostro reportemus. Quis enim non abiiciat seruum, qui sœiente bruma, tellurem aratro proscindere; et quod semina credere perget? Vere ista sunt agenda. Sic nos multa dedimus eate tempestate horum teneritudini, quibus scripsimus, sed omnia ut ædificaremus: Christi exemplo uel de prompsimus, uel redimimus. Qui postea quam Eucharistiam instituisset, dicit se aduc multa habere, que discipulis dicta oporteat, sed tum eos ipsa capere non posse: reseruanda ergo censet usq; ad Spiritus S. aduentum. Quid ergo hic bone lector, quædam offendas, que in superioribus scriptis nostris nō uidisti, aut quædam clarius hic dici quam alibi:

quedam uero aliter, noli admiratione capi, noluimus ci
bū dare, qum intempestiuū esset, neq; margaritas por-
cis proponere: sed neq; si citra omne periculū etiā po-
tuissimus, tunc proponere uoluimus, qum nemo cape-
ret. Retractamus igitur hic, quæ illī diximus tali lege,
ut quæ hic damus, anno etatis nostræ quadragesimo se-
cundo, prop̄deant eis, quæ quadragesimo dederamus:
quando, ut diximus tēpori potius scripsimus, quām rei,
sic iubente domino, ut tali ratione ædificemus, ne inter
initia canes & porci nos rūpant. Veremur enim, quod
si uspiā perniciose erretur, in ueri uniuersitati dei tum ado-
ratioē tū cultu, hic fiat in Eucharistiae abusu: quæ si ger-
manū, iuxta institutionē Christi, usum seruauisset, nō ir-
rep̄sissent tam atrocia sclera in populum Dei, Eccle-
siam.

Falsa reli- Nunc, qum omnes ad hoc intenti fuimus, ut san-
quiarum & a potius attricaremus, aut circum nos haberemus:
religio, quin palam dicam, sancta ficeremus, nostra uirtute sc̄
licet, quæ fortasse sancta nō erant (nemo enim ignorat
quantū sit in ossa piorū, ut adoraretur etiā, insumptū) q;
ut ipsi sancti fieremus: factū est, ut lignū, lapides, terrā,
puluerem, soleas, uestes, annulos, galeas, gladios, cin-
gula, ossa, dentes, pilos, lac, panem, quadras, tabulas, uia-
num, cultros, amphoras, & quicquid unquam atrepta-
runt piij homines adorauerimus amplectendo, osculan-
do: & quod stultissimum erat, nos planè beatos existi-
mabamus, si quid talū solummodo aspexissemus: proz-
mittebamus

mittebamus nobis ipsis abolita esse peccata, propiciā fortunam ac mundū totum. Veram autem pietatē, quæ nihil aliud est, quam ex amore timoreq; dei seruata innocentia, sic deseruimus, ut cōmūnē iusticiā, hoc est humana, ne apud infideles quidē sic frigere uideamus, ut apud Christianos. Putauimus nos operepræciū facere, si de sanctissimis rebus sublimer sentiremus, quibus tamē sanctitas à nobis tributa erat; si quam ciuilissime de eis differeremus, et nos iterē omni spurcicia nō aliter scateremus, quam sepulcra dealbata. Deo fidentē esse, ac sanctū, hoc erat Christianū esse. Nemo ergo, qum de Eucharistia nos audit differe, sic de nobis iudicet, ut quandoquidē Zwinglius dixerit, putet sequendū esse: si qui forte tā sunt in hominis uerba iurati, quamvis paucos, aut nullos esse putem. Cōtra uero nec abiiciat, que ex fontibus arcanorū dei prolata uidet, ppter ea, quod qui protulit, humiliis autor est, nā in utrāq; partē peccati uideo. Suspendendū ergo erit omne iudicium, donec perorata causa liquido uideamus, quid pñuciandū sit.

Eux̄ɔριστας nomen dederunt Græci cœna Domini, piëiores sēper ac doctiores, uerbo absit inuidia, Latinis homines, ut ipsorum mōimēta sole clarius testatur. Dederūt autē indubie hac causa id nominis, quod tā ex fide q; uerborū Christi apostoliq; ui intelligeret, Christū hac cœna uoluisse iucūdā sui cōmemorationē fieri, gratiasq; publice haberī p beneficio, qđ in nos liberaq;

liter expendit: est enim Eucharistia gratiarum actio.
 Qui ergo in hac publica gratiarum actione intercesseret,
 toti se Ecclesiae probaret ex eorum esse numero, qui
 Christo pro nobis exposito fiderent: è quo se numero
 eximere, subducere, aut alienare, sive desertione, sive
 impuritate uitæ, summa esset perfidia. Vnde & cōmu-
 nio uel communicatio apud Paulum.1. Corin.10. uocat-
 tur. Hinc etiam excōmunicatio, qum scilicet, alicui ne-
 gabatur ad hāc fideliū cōmunicationem accessus, pro-
 pter uitæ spurciciam. Tenemus ergo nunc ipso nomi-
 ne, quid Eucharistia, id est, cæna dominica sit, nempe
 gratiarum actio: & cōmuni gratulatio eorū, qui mor-
 tem Christi annūciant, hoc est ebuccinant, laudant, con-
 fitētur, ac unice exaltant. Quid autē grauiſſimus Chri-
 sti sermo, quem Ioannes. & capite complexus est, à mul-
 to plurimis germane non intellegatur, licet ab eisdem
 aliò audacter distrahatur, statuimus ante omnia natu-
 rium eius loci sensum adserere, ne hinc possint ad tu-
 endum errorem suum arma petere: qui omnē scriptu-
 ram cogunt, uelit nolit, sive opinioni seruire.

Christus, cum uideret eos, qui ad se uenitabant,
 uentri deditos esse, & eius causa ad se uenire, pro suo
 more accepit occasionem docendi à re nata. Paulo igi-
 tur ante saturatos sic adoritur: Vos hac causa uenitis
 ad me, ut saturemini cibo. Ego uero non ueni in hunc
 mundum, ut corporalis cibi promū geram, sed ut men-
 tem

tem pascam. Vos operamini, & sudatis sequendo propter uentris cibum. Ignasi, operamini cibum qui minime periturus est: is enim quem hactenus queritis, cum uentre perit: ille autem cibus, quem ego daturus sum uobis, spiritualis est, unde & perire nequit, sed manet in aeternum. Me enim pater meus Deus signauit, hoc est firmatum, ut indubitate salus sim, & pignus uitae. Quid ergo Iudei non intelligerent quid Christus uoluisset, quum iuberet cibum operari, hoc est querere, qui perire nesciret, dicunt: Quid faciemus ut operemur opera Dei? Puntantes cum de opere aliquo externo loqui, quod ab eis exigeret. Respondebat ergo Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut fidatis eo, quem ille misit. Ecce quod nam sit opus quod deus a nobis requirit: nullum prorsus hic Christus adfert, quam fidere filio Dei, se scilicet. Ecce autem iterum quis sit cibus quem parare paulo ante iusserrat, cum dicaret: Operamini cibum qui non perit, & aliud non inuenies. Opus est mus esse quam ut Christo fidamus. Cibus ergo iste, de cibus cadere quo Christus hic loquitur, filius est. Ponitur ergo hic priores. ma nota, qua deprehendimus eos patinatus errare, qui Christum toto isto capite putat quicquam de sacramentali cibo loqui. Quererere enim iubet cibum qui non pereat: et hoc nihil aliud est quam operari opus Dei. Porro opus Dei hoc est, quo fiditur filio, quem pater misit. Est ergo cibus quem querere iubet, fidere filio. Fides igitur cibus est, de quo tam grauter per totum hoc caput differit. Dicunt

ergo Iudei: Quid signifacis, quo sciamus, uidelicet tibi fidendum esse, et credamus? Quid operaris; quo te Deum esse agnoscamus, cui uni haerere Lex præcipit? Non enim te latet, ut patres nostri cœlitus deplutum patrem in Eremo ederint, nam in Psalmis cares cœtata est. Panem de cœlo dedit eis. Respondit Iesus: Vere uere dico uobis, Moyses non dedit uobis panem de cœlo: nam et si superne decideret, non tamen cœlestis erat, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum: panis enim Dei est qui de cœlo descendit, et dat uitam mundo. Panis Moseos uitam sustinebat corporalem, sed panis quem pater dat, animum reficit: tamq; abundans et efficax est, ut mundo uniuerso uitam det. Qum ergo Iudei nō caperent Christi sermonem, qui nihil aliud erat quam

Edere pro Euangelij explicatio: per panem enim edere, uerbo Euangelij credere intelligit. Dicunt ad eum: Domine, senti per danobis panem hunc. Dixit ergo eis Iesus: Ego sum panis uitæ, qui ad me uenit, nullatenus esuriet: et qui me fudit, non sitiet unquam. Cum audissent ergo Iudei Christum dicere quod panis, qui de cœlo descendere, uitam daret mundo, optabat sibi semper hunc panem dari. Iesus autem intellegens quod sensum Euangelij nō caperent, exponit quis nam sit iste panis tam uiuificus, ut mundū totū possit uitalē facere, et dicit: Ego sum panis uitæ, qui ergo ad me uenit, hoc est qui mihi iſcritur, qui me recipit, nullatenus esuriet. Qd' aut̄ hic uenit pro recipit.

recipit accipiatur, sequētia uerba indicat. Qui me fudit
 nō sitiet. Fides ergo est, quæ famem ac sitim omnē sedat:
 sed quam famē, aut quā sitim? animæ nimirū. Fides ergo
 in Christum sola est quæ mentē satiat ac potat, ut nihil
 amplius desit. Prosequitur Christus: Sed dixi uobis, qd^r
 me uidistis, & nō fuditis. Quid hoc porrò aliud est, q,
 Vos miramini quidē, qd^r dixi eū qui ad me ueniat, neq;
 esuriturū neq; sititurū, cū tamē uos iā nunc præsto apud
 me adsitis fami ac siti obnoxij. Hoc inde prouenit, qd^r
 me quidē carnis oculis uidistis, dudū et etiamnū uidetis:
 sed ego de hoc uisu uel accessu nō loquor, sed de fidei lu-
 ce: eam si quis habeat, nihil desiderabit: nō queret per
 noctē quē diligat, cui æstus suos queratur: nō uagus oīa
 pererrabit: certus est enī cum quem tenet, uerū animæ
 sp̄sūm esse, unicūq; thesaurū, nec alium sitiet. Hāc uos
 fidei lucē nō habetis, nō. n. fuditis me: hinc nō intelligitis
 quo pacto ego sum animæ cibus, hoc est sp̄s. Causa uero Cibus aīo
 huius uerstræ cæcitatis est, ut nihil durius dicā, qd^r pater sp̄s certa
 nō traxit uos in mei cognitionē, aliōqui recipere cōsideret. Et ista fi-
 Nam omne qd^r mihi pater dat, ad me ueniet. Quod uero des est.
 ad me adtinet. Ego nullum qui ad me uenit, foras ejicio.
 Nō enī descendit de cœlo, ut meā uoluntatē, quā uos mihi
 haud aliter tribuitis quam alijs hominibus: sum equidē
 uerus homo, atq; secundum eam naturam peculiarem
 etiam uoluntatē habeo, sed longe obtēperantiorē q uos
 habeatis: uerstræ enī uoluntas Dei uoluntati frequētr

oblectatur, mea nunquam nō obtuperat: descendit ergo
 ipse de cœlo, ut uoluntatem faciam eius, qui me misit.
 Ut autē sciatis, quid nam uelitis, qui me misit: Est hæc
 uoluntas patris mei, qui me misit, ut omne quod mihi
 dedit, ne perdam ex eo, sed ipsum resuscite ultimo die.
 Sed ne hoc etiam ignoretis, quid per hoc uerbi, Dat mihi
 pater, & dedit mihi pater intelligere debeatis, & per
 Tā latinis tius loquar. Hæc est uoluntas eius, qui me misit, ut omnis
 quām grāe qui uidet, id est cognoscit filium, & fidem in eum ha-
 cis uidere buerit, uitam habeat æternam. Et ego resuscitabo eum
 pro intelli ultimo die. En cibum de quo loquitur. Misit Deus filius
 gere acci suum in hunc mundum, ut uiuamus per eum. Qui ergo
 pitur. uitam sunt per eum habituri? qui eius gratia nitetur?
 at quomodo nitetur, nisi agnoscant; dixit igitur: Omnis
 qui uidet filium, hoc est, qui intelligit quoniam in mundum
 sit missus filius, & eo fudit, habebit uitam æternam. Hic
 uidebatur carni, quod Christus sibi nimium suneret,
 quoniam dicebat: Ego sum panis uitæ. nam paulo ante di-
 xerat: Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat
 uitam mundo: ex quibus sequebatur, quod ipse esset is
 panis, qui de cœlo descendisset. Remurmurat ergo ca-
 ro, hoc est Iudæi, & dicit: Nonne hic est Iesus filius Io-
 seph, cuius nos patrem nouimus & matrem? Quoniam
 ergo dicit iste: De cœlo descendisti? Respondebit ergo eis
 Iesus & dixit: Ne murmuratis inter uos mutuo. Non
 audistis, quod iā iā dixi; Omne quod mihi pater dat ad
 me

me ueniet? Cogit me uestra incredulitas, ex qua sequitur intellegendi tarditas, eandem rem iterum atq; iterum dicere. Sic habet res: Nemo potest ad me uenire, hoc est, nemo accedit mihi tanquam unico salutis pignori, nisi pater qui me misit, ipsum trahat: quem autē is ad me traxerit, hoc est mihi per fiduciam iunxerit, hunc ego resuscitabo ultimo die. Mirum est, quod uerba mea per petuō putatis esse paradoxa quēdam, qum tamē nihil, aut parum dicam, quod non in uestris ipsorum uel prophetis, uellege scriptum sit. Est autem & hoc in prophetis scriptum Isa. 54. & Hierem. 31. Et erunt omnes docti à domino. Quir igitur miramini, quod uobis propter incredulitatem, mei cognitionem à patre negari perhibeo; qum etiam prophetæ uestri tradant hanc rem à patre doceri oportere? Quid autem nudius aut apertius dici potest, quād quod nunc dicam? dicam tamē ne quid iustæ querimonie possit uobis esse reliquum. Quod prius his uerbis extuli. Quod dat mihi pater ad me uenit: aut istis: Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit illum nunc alijs sed liquidioribus: Sic accepit: Quicūq; audiuit à patre, ac ab eo didicit, is uenit ad me tanquam ad unicam salutis ancorā. Nō quod patrem quisquam uiderit, ne forte & has uoces, audire & discere, ad sensus potius quād ad mentem, hoc est, internam illustrationem referatis. Nemo unquam uidit patrē, qnamuis ille intus operetur, ut quæ ille uult au-

diamus & discamus, nisi is, qui est à Deo, hic uidit propterterem. Dico ergo uobis, tā uere uere, quām plane plane, quod: Qui fudit me, habet uitā aeternā. Nūc habetis summa mād. at& legationis, uidelicet quod, Qui fudit me, habet uitā aeternā. Ego sum ille panis uitæ, cuius naturā ab initio huius sermonis exposui. Nemo negat maiores nostros in Ercmo Māna edisse, at illi mortui sunt. Qui uero hūc panem manducat, me scilicet, hoc est, qui me fudit, habet uitā aeternā. Panis iste est, qui de cœlo descendit, ut qui ex eo edat, nō moriatur. Videndū est hic obiter, quod Christus nobis ea parte salutaris est, qua de cœlo descendit, nō qua ex illibatissima quidem uirgine natus est, tametsi secundum eam pati ac mori oportuerit: Sed nisi deus simul fuisset, qui moriebatur, non potuisset toti mūdo salutaris esse. Est ergo hæc secunda nota, quod Christus hoc capite per panem & edere, nihil aliud, quām Euāgeliū & credere intelligit: quod qui credit eū pro nobis immolatū, eoque nititur, uitā habeat aeternam: & quod prorsus nō loquitur de Sacramētali cœsi. Nam ut hanc sententiā magis ac magis declareret, iterum ait: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendī, si quis edat ex isto pane, uiuet in aeternū. Sed ne diutius uos spendā, breibus exponā, quid cause faciat, quod ego toti mūdo sum salutaris, aut qua uia hoc fiat, audite: Panis, de quo multa loquor, quem et uobis daturus sum, Caro mea est, quām ego pro mundi uita expendam. Est ergo

hec tercia indubitata nota, quod Christus hic non loquitur de sacramentali esu, nā hactenus tantū est nobis salutaris, quatenus pro nobis mactatus est: at secundum secundum diuidit carnem mactari tantū potuit, & secundum diuidit carnem tantum salutaris esse. Sic ergo Christus est animæ cibus, quod eadum uidet deū filio suo unigenito nō pepercisse, sed in cōtumeliosam mortē tradidisse, ut nos uitæ restitueret, certa fit gratia Dei salutisq;. Neq; hic quisquā uelit argutus esse, quod carnē suam dixit pro mūdi uita expendi, ut hinc colligere audeat Christū secundū humanā naturā tantū esse omnibus salutare: dicat enim ipse carnem suā impēdi pro mūdi uita, Caro ergo uiuifet. Nā ut Deus & homo unus est Christus, ita sit, ut cū iuxta carnē cæsus sit, quis enim deū posset occidere; ac mors eius nobis uita facta sit, ut ppter naturarū unitiōē et cōmunicatiōē alteri nōnūq; tribuatur naturæ, qd' totius Christi est. Post istū ergo sermonē, Panis quem ego dabo, est Caro mea, quām pro uita mūdi expendā, nihilo facti sunt Iudei doctiores propter incredulitatē & cōtumax odiū: nō enī capiebat mētē uerborū Christi, qd' nō esus, sed cæsus nobis esset salutaris: sic enim mentē humanā reddi certam misericordiæ dei, quum uidet eum filio suo nō pepercisse. &c. Murmurant ergo, quanto erant imperitiores, tanto audacius & impotenter, per indignationē dicētes: Quomodo potest iste nobis dare carnem suam ad edendum? herebant enim aducim carne, quæ ante oculos adstabat.

Vnde non immerito horrebant, quamuis Theologi nostri nihil horreant. Christus ergo, cū uideret se ne quisquam omnia tentare, ut in cognitionem suu traheret, sic cum eis egit, quomodo Isaias aliquando. 6. cap. iussus est agere. Vbi sic loquitur dominus: Vade & dices populo huic: Audite audiētes, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius agraua, & oculos eius claudete forte uideat oculis suis, et auribus suis audiat, et cor de suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Cum inquam uideret Christus se nihil proficere, ignoratio nem eorum amplius degrauat. quemadmodum Mat. 13. suis etiam uerbis docet. Inquit ergo, qum tam odiose de se loquerentur: Amen Amen dico uobis, quod nisi edat is carnem filij hominis, & bibatis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis ipsis. Qui edit me am carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in ultimo die. Nam caro mea uera est cibus, & sanguis meus uera est potus. Caro inquam Christi, quatenus in mortem tradita est, pro liberacione nostra: & sanguis, eo quod fusus est, pro ablutione nostra: ut in superioribus manifeste liquet. Cum enim nollent mysticum sermonem capere, quem tamen sic expediuerat, ut nihil desiderare debuissent, potentius eos ferit, ac cæciores facit: sic enim isti merebantur, & sunt haec iudicia Dei. Vnde & supra haec omnia addit:

Qui

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIUS. 23

Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in
me manet, & ego in illo. Hæc incredulis ad obstinatio-
nem dicuntur, pijs autem ad informationem. Et est quar-
ta nota, qua perspicitur Christum hic de sacramentali
esu non loqui (sunt enim proh dolor, innumeri, qui sa-
cramentaliter edunt & bibunt corpus & sanguinem
Christi, neq; tamen in Deo sunt, neq; Deus in ipsis, nisi
qua ratione in Elephanto est, & pulice.) sed de esu fi-
dei: qui enim credit se traditione Christi liberatum, &
sanguinis eius effusione ablutum, is haud dubie in Deo
manet: nam omnem fiduciam tutò in filium Dei iactat,
nec aliò spes suas dirigit: nō enim aliud bonum fitire po-
test, qui summo iam fruitur (dico autem quatenus uiato-
ribus frui cōgruit, nō quatenus de usu & fruitiōe Theo-
logi loquuntur: fruuntur enim pijs Deo, dum hic sunt:
quamvis istud sit omnibus ignotū, quorum mentes amo-
re Dei non flagrā) Et contra Deus in eo manet: non
enī (ut ipsis Christi uerbis patuit) quisquam Christo
accedit, nisi quem pater trahit: qui ergo à patre intus
docente, discit, in eo nimirum Deus est: ac simul, qui in
Christo manet, in eo manet & Christus: nam in Christo
manere, est per amorem, quod se pro nobis exposuit,
Deo firmiter adhærere, sed amor Deus ipse est. 1. Io. 4.
Qui ergo in amore Dei manet, Deus in eo est, & ipse
in Deo. Sed amor fidem sequitur intellectus ordine. Fi-
des ergo, qua Christi gratia nitimur, est, per quam in

Deo manemus, & ipse in nobis. Hunc esse sensum probant Christi uerba quae sequuntur. Quemadmodū misit me uiuens pater, & ego propter patrē uiuo: sic & is qui edit me, uiuet propter me. Misit me pater, inquit, unde & eius uoluntati in omnibus pareo: sum enim patris filius. Sic nimirum & hi qui me edunt, hoc est qui me fidunt, se ad exemplum meum formabunt. Frustra edetis, hoc est frustra uos credere simulabis, nisi & Christia = uitam imminutetis. Mundum ueni non modo redimere, nisimus est sed etiam mutare: qui ergo me fidunt, ad meum exemplum & plū se transformabunt. Hic est panis qui de cœlo uita. descendit, quod ipso effectu declaratur: qui enim hunc panem manducat, uiuet in æternum: qui corporeum edit, non itidem. Quod hinc uobis liquet, quod Patres uestrī manna de super uenies, ederunt, sed mortui sunt: non potest ergo ullus corporeus eibus efficere, ut quis in æternum duret. Offendit hic sermo non eos modo qui Christum odio habebant, sed suorum etiam quosdam discipulorum: qui, ut nihil inciuiilius committerent, dicebant: Durus est hic sermo, quis potest cum auhire? in carne uisibili non minus aduc hærentes quam aduersarij eius. Iesus ergo, cognito quod de hoc murmurarent etiam discipuli quidam, dixit eis: An ne hoc uos scandalizat; Quid ergo (intellige dicetis uel sentietis, aut ali quid simile) si uideatis filium hominis ascendere eō ubi prius erat? Non capitis meum sermonem, quia non crederitis

diditis filium Dei esse: quid autem dicetis; qum me ui-
debitis meis ipsius uiribus in cœlum ascendere; nōnne
tunc filium Dei esse confiteri coget res ipsa? Propte-
rea non fiditis me, quia non creditis me filium Dei esse.
Quod autem non creditis, in causa est, ut quicquid
dicam, non intelligatis. Ego uos ad superna per simi-
litudines & lepidas Allegorias alleuo, uos autem in =
credulitatis pondere ad ima semper subsiditis. Spi-
ritalis res est de qua loquor, non geritur rebus corpo-
reis, sed spiritus spiritum docet: spiritus inquam Dei
miserum hominis spiritum dignatur ad se trahere, sibi
iungere, alligare, ac prorsus in se transformare. Ea res
mentem pascit, lætitiat, certamq; salutis reddit: quod
quid aliud est quam animæ cibus; aut qua similitudine
commodius exprimi potest quam cibis. Ut enim ieiunus
stomachus defluente cibo gestit, quo deinde absumpti
spiritus, absumpti calores, & uires instaurantur: sic ie-
juna mens, cum se Deus ei adperit, præ gaudio gestit,
& in diem magis ac magis augescit, roboratur, inq; for-
mam Dei transformatur, donec in uirum perfectū adole-
scat. Spiritualis ergo cibus est, de quo loquor: solus enī
spiritus eū dat, qum solus mentē ad se trahat et reficiat.
Imprudēter nimis cogitatis, qum putatis me de ista car-
ne loqui, que uenis et neruis alitur et cōstat. Ea nō pdest
quicquā: quam diu sine intellectu estis? clare dico uobis,

quod tā abest, ut de corpore a carne aut essentiali cor-
pore loquar, ut palām tester meam carnem nihil pœ-
nitus prodesse. Atq; hæc est quinta & dissertissima nota
qua deprehendimus Christum hic nullo pacto de Eu-
charistia Sacramento loqui: neq; hoc solum, sed his uer-
bis tanquam lege caueri, ne unquam de corpore a car-
ne quicquā somniemus. Qum enim Christus dicat, Non
quicquam prodesse, nō dehet humana temeritas un-
quam de ea edenda disputare. Quod si occurras, alium
aliquem sensum esse oportere, nam caro Christi non ni-
hil profit, cum ea simus à morte redempti. Responde-
mus: Caro Christi omnimodo plurimū, imò immensum
prodest, sed, ut diximus cæsa, nō ambesa. Cæsa nos ser-
uauit à cæde, sed comesa poenitus nihil prodest. Veritās
dixit, aliter se habere nequit res. Nam Iudei de edenda
non immolanda carne disputabant, quò & Christi ser-
monem tendere necesse est. Quantumcunq; ergo The-
ologi de essentiali Christi corpore, aut corpore a carne
disputent nihil unquam obtinebūt, quām quod se ipsos
produnt stupidiores, sed audaciores esse Iudeis, contra
omnem diligentiam, ac benignitatem saluatoris. Iudei
enim cum semper hærerent ad uisibilem carnem, Chri-
stum potius descrebant, quām benigne docentem uel-
lent intelligere: quamuis ipse, quod amantem magistrū
decet, errorem aperte ostendit, ne in eo pereant: dicitq;
carnem, quam ipsi spectabant, prorsus nihil prodesse.
Theolog

Theologi autem nostri perinde faciunt, ac si dicerent
 ô Iesu, nō est opus hac declaratione, nos recte capimus
 sentētiā: intelligimus enim, quod de carne uisibili ma- Ironia.
 nibusq; tractabili loqueris, eā nos oportet edere, si mo-
 do salui esse cupimus. Tu, qui corda et cogitationes ho-
 minum nosti, frustra fuisti prudens, qum dixisti carnem
 nihil prorsus esse utilem: nam nos, qui sumus in nostro
 regno potentiores quā tu, facile uincemus, ut omnes
 cogantur disertis etiam uerbis confiteri, se carnem tuā
 edere: ac simul qum edunt, etiā sensu percipere se car-
 nem edere, & sanguinem bibere. Vnde istuc uerbi Ca-
 ro non prodest quicquam, tantisper preme, donec ui-
 deas nos obtinuisse supra Iudaeorum stuporem (qui ab
 eo qui corda omnium nouit, abibant potius, quā adu-
 lando simul arēt se intelligere quod ignorabant) ut vul-
 go cōfiteantur se intelligere, credere, aut sentire, quod
 nunquam intellexerunt, crediderunt, aut senserunt. Et
 ecce tibi hunc Berengarium, quem coēgimus, ut de Cō
 secrā. dist. 2. ca. Ego Berengarius, habetur, confiteri, cor-
 pus & sanguinem Christi, post consecrationem, uerū
 hoc est corporeū & essentiale adesse: & SENS VA
 LITER non solum Sacramentum, sed in ueritate ma-
 nibus sacerdotū tractari, frangi, & fidelium dentibus
 atteri. &c. sic & omnes qui mutire contra audebunt,
 hūc adigemus. Qd' si tu omnino dictum uelis, Caro nō
 prodest quicquam, à te auertemur: præstat enim, ut à
 te recedamus, quām ut compendio questuiq; nostro de

Verbum
dat
λόγος

cedat. Noli offendere bone lector salsa ista Ironia nostra, uidebis paulo post, cur sic sit quem tam stupido homini generem agendum, qui etiam sensus coegerunt aliud facteri quam experientur. Cum ergo Christus adperte docuissest spiritus esse comestione non oris, de qua loquerbatur, carnem enim penitus nihil prodeesse, addit: Verba quae ego loquor uobis, spiritus sunt et uita sunt. Verbum pro toto negocio totaque historia, et causa hebreis accipi ubique patet in sacris literis. Luc. i. Per omnina montana Iudeae uulgabantur omnia uerba haec. Vnde et Christus hoc loci sic intellegendus est dixisse: Hec causa, quam uobis exposui, cœlestis spiritus est: ac uitam parit eis, qui se ei credunt. Quod autem pauci ex uobis eam uel intelligunt uel accipiunt, hinc est, quod magna pars non credunt. Hic est ueluti colophon totius sermonis. Ego Euangelium uobis annuncio, sed uos ei non crediditis. Est autem Euangelion nihil aliud, quam ego ipse, quamuis me ab initio uerecunde et obscurè exposuerim, ne arroganiæ exemplum ullum, aut temeritatis præberē, sed dicta oportet quae pater uult. Dixi ergo me esse quem patribus pater pollicitus est, uerum animæ cibum, salutem certam, et infallibile spei pignus. Qui ergo me fidit iam saluus est: nam intra se sensit, quam primum fiduciam omnem iaceret in me, ut læta redderetur conscientia, ut animus à desperatio ne erigeretur in certam salutis possessionem.

Extendimus

Extendimus paulo fusiū, quām supra huius. &c. cā= pitis, quantum ad Eucharistiam adtinet argumentum: Sed ut speramus nō infructuose. Liquere enim hinc pos se arbitramur, quod quæcunq; hactenus Theologi & iuris Pontificij periti, ex hoc loco ad Eucharistiae abu sum detorserunt, uel audacter uel ignoranter fecisse, unde & illorum autoritas parum debet ualere, ubi ue ritate nixa non est. Quod si omnino eam perpetuō tanquam inuiolabile scutum obiicias, aliud non dicam, quām, fidem ipsam hunc huius loci sensum dictare: nisi ego in fide maxime aberrem, dum inconcusse credo unam ac solam esse in cœlū viam, qum Dei filium fir miter credo salutis nostræ infallibile pignus esse, eoq; sic fido, ut nullis huius mundi elementis, hoc est rebus sensibilibus, quicquam ad salutem indipiscendam tri buam. Si uero quis me nunc procacius roget: In quem usum tam anxie hanc Ioānis pericopam exposuerim; Respondeo, ut ueritas in lucem prodiret. Cui si aliqua parte pepercimus, testibus scripturis hoc manifestum fieri oportet, non cuiusvis aduersatione. In promptu erat Christum falsis conflictisq; calumnijs apud iudi cem aduersare. At cum iste interrogaret, quid nam ma lificit; nulli producuntur testes, sed minis & clamori bus res agitur. Nisi ergo impijs Christi hostibus similes fieri uolumus, nō debemus propter Pontificū autoritat em in innoxia ueritatē, que Christus ipse est, deseuire.

Si ergo hic germanus est huius loci sensus, non debet ullius autoritas propendere, non debet omnis caro committere, ut cuiusquam autoritatem ueritati anteponat: non debet humana sapientia plus ualere, quam diuinā ueritas. Quicquid ergo ex isto capite decerpsum, siue in legibus Pontificijs: siue apud Theologos legitur: siue in templis aut compitis canitur, alio quam hoc nativo sensu, quem dominus per nos explicuit, alio detortū est: sic nihil polleat, ut sanctius omnes futurū fuisse adseramus, si hi qui hoc admiserunt, nunquam ad trecentas uissent puram ueritatem, quam quod audacia sua sic contaminarunt. Quid ergo eorum ualebit autoritas, quantumvis magni & excellentes sint: nam excellentior est ueritas. Alijs autem, qui sic prorumpunt, Videris mihi sentire, quod corporalis caro Christi & sanguis quoque non sunt ibi in Eucharistia, sic respōdemus: An hoc de te ipso dicis, an' alij tibi dixerunt? Si fidelis es, non ignoras qua ratione salus constet: ac deinde tantum protest apud te Dei uerbū, ut de corpore a carne nihil per conteris. Si uero alij tibi dixerunt nos hoc sentire, dico eis me in hacre sentire, quod sentit Ecclesia Christi. Illa ne admittet quidem hanc questionem: An corpus Christi realiter, corporaliter, aut essentialiter sit in Sacramento Eucharistiae: quum enim tu haec Elementa misisti adferes, obijciet hunc umbonem: Caro non prodest quicquam: Quid ergo de carne disputas? Et si nunc o
coelum

HVLDR. ZVING. COMMENTARIVS. 241

cœlum ḥ terra clam̄es, quin etiam stellas & maria, aliud non dicam, nisi Caro non prodest quicquam: queritur ergo de ipsa curiosus rectius quam sollicitus es? Hic ergo murus ab ēneus es tu: Caro non prodest quicquam. In nūc & machinas omnes admoue, Katapultas, arietes, uineas, & omne telorum genus, tam aberit ut conuellas, ut ne concutere quidem possis. Aliter ergo de carne & sanguine huius Sacramenti sentiendum est, quam Theologī haec tenus statuerint. Quorum opinioni omnis sensus, ratio, intellectus, & fides ipsa reclamarunt. Non enim eos audiendos esse arbitror, qui dicere audent: Ego semper firmiter credidi me esse esse corpus, aut corpoream ac sensibilem carnem Christi in hoc Sacramento edere: quasi uero, dum sic dicunt, persuadere possint ut quisquam credat se sentire quod non sensit. Cum ergo dicunt, fide constare omnia, ideo negari non posse: nam firmiter credendum sit, quod sensibiliter percipiamus corpoream carnem, Respondemus: Scimus quid sit fides, scimus etiā quid sit sensus. Tu uero quum hoc ignoras, aut nos ignorare putas, claritati nostræ tenebras inferre niteris. Fides constat per spiritum Dei in cordibus, quam sentimus: nō enim obscura res est, mentis esse immutationem, sed sensibus non percipimus. Iam uero quid Theuocunt isti, & quandoquidem fidem putant violentā ologi Fidei animi nostri ad quamvis rem etiam disparatisimā condem esse uersionem liberam, ideo fide inconcussa hic credi corūtent.



DE EUCHARISTIA

poream sensibileq; carnem adesse perhibent. Vbi tamē
bis falluntur: Primo, quod fidem putant ab hominis iudicio et electione proficiisci. Fallitur ergo hic: nam tamē
et si fides sit spes et fiducia in res quasdam, à sensu
motissimas, nō tamen cōstat nostro iudicio aut electione:
sed hæ res, quibus adferimus spes nostras, ipsæ faciunt
ut in se spes omnes referamus: nam si nostra electione
aut cōsilio fideles redderemur, possent omnes homines
proprijs viribus fideles fieri, etiā impij. Cum ergo fides
nec à sensu aut ratiōe proficiatur, nec in res sensibiles
tendat, facile deprehenditur quomodo secundo loco er-
rent. Secūdo ergo sic errāt, quod fidem ad res sensibiles
trahunt, et per istas certitudinē adferre perhibent, cī
nihil sit opus: quæ enī sensu percipiuntur, iam fidei nihil
debent: quod enim uidet quis, quid sperat? Sensibilia enī
sunt quæ sensibus adposita sentiuntur. Videamus nunc
quām probe ista sibi mutuò cōueniant: Fide credimus
corporēam sensibilemq; carnem Christi hic adesse: Ea
de creduntur res à sensu remotissimæ. Corporea uero
omia sic sunt sensibilia, ut nisi sentiantur, corporea nō
sint. Disparata igitur sunt, credere et sentire. Attende
igitur quale monstrum orationis hoc sit: Ego credo me
sensibilem et corporēam carnem edere: nam si corpo-
rea est, fide opus nō habet, sentitur enī: quæ autē sen-
tiuntur, fide non egent, sensu enim certissima esse sen-
tiuntur. Cōtra uero, si credis te edere, iam non potest
esse

HVLDR. ZVING. COMMENTARIUS.

243

esse sensibile aut corporale quod credis. Nihil ergo aliud quām portentum dicis. Adde quod hoc loci perhibebant Theologi, quod sensus etiam ignorabant, puta, pā nem carnem esse: nam hoc si fuisset, sensu iudice consti tisset, non fide: fides enim non est de rebus, neque in res sensui expositas. Nec eos audiendos esse putamus, qui dum dictam opinionem non solum rusticam, sed etiam impiam & fruolam esse uident, sic decernunt: Edimus quidem ueram corporeamq; Christi carnem, sed spiritu taliter. Non dum enim uident simul stare nō posse, Corpus esse, & spiritualiter edi: sic enim diuersa sunt Corpus & Spiritus, ut utrumcūq; accipias, nō possit alterū esse. Si spiritus est, quod in quaestione uenit, iam certa relatione cōtrariorum sequitur, corpus non esse: si corpus, iam certus est qui audit, spiritum non esse. Vnde corpoream carnem spiritualiter edere, nihil est aliud, quām quod corpus sit, spiritum esse adserere. Hæc ex Philosophorum fontibus contra istos adduximus, qui Philosophiam, quam tamen Paulus cauendam esse monet. Coloss. 2. uerbi Dei magistram ac præceptorem fecerunt, ut liquido uideat quām probè nōnunquā placita decretaque sua expēdant. Breuiter: Fides non cogit sensum sentire fateri qd' nō sentit, sed trahit ad uisibilia, & spes omnes in ista cōfert. Nō. n. uersatur inter sensibilia & corporea, neq; aliquid cum his cōmune habet.

Q. ij

Age nunc, quid fœlicitatis hinc nascatur intellige, si
credas te corpoream sensibilemque Christi carnem ede-
re, aut, ut alij dicunt corpoream carnem spiritualiter
edere, fateberis indubie nihil aliud, quam perplexita-
tem, stuporem, et ut libere dicam, suspicionem de alijs
quocum certissimis sanctissimisque fidei rebus hinc pro-
uenire. Cum tamen bellissimi homines interim diceret
hanc portentosam sensibilis coporeaque carnis comedisi-
onem fulcimentum esse fidei, et nonnunquam proximi
raculo adserebant, quod tamen nemo sentiebat. Quis
queso similia ludibria unquam commentus est; Atque hoc
in oculis eorum qui mente summo ac uero deo adhae-
rebant qui, quam primum fidem suam relegebat, uis-
debant huiusmodi paradoxis nihil opus esse: nam quid
promisit unquam deus Iesu, qui crederent corpoream
carnem hic ediri? An non qui uere fideles erant, salutem
hic sitam certo sciebant; Si misericordia Dei niteretur,
cuius indubitatum uel signum uel pignus habemus iesu-
sum Christi in unigenitum filium Dei? Quid ergo pu-
tas hoc commentum argutum scilicet, quod solis uera-
bis constat (nam nulla mens capere potest, sed neque fides
ipsum docet, ut iesum est) apudpios ualuisse? Nihil her-
cle. Vnde et indubie factum est, ut qui uere pijs essent,
aut hic nihil tale crederent: aut cum ad credendum ur-
gerentur, mente fugam capesserent, etiam si ore coſite-
rentur, sic habere se credere, ut impij adserebant. Quis
enim

enim cū ad sic portentosa induceretur, nō sic fugam de-
dit? Tu rem istam nō expendas, credas patribus. Et quo-
ties ueritatis stimuli dicerent, mira res est: quomodo fie-
ri potest, ut hoc credere cogaris, quod sic habere posse
non uides: quodq; Iudei cum nō caperent, Christus spi-
ritualiter docuit intelligi debere: nunc uero isti corpo-
raliter & sensibiliter fieri perhibent, quod tu tamen
nec sentis, nec experiris: nonne quisq; dicebat ad se-
metipsum: Tibi non licet de his rebus anxie cogitare?
Veruntamen isti sic docuerant fugientiū esse, quo mi-
nus ueritas illucesceret ac intelligeretur. Qui autem
impij fuerunt, ne Christo quidem fisi sunt, tam abest, ut
illi gratias agerent pro redemptione nobis impensa.
Quid ergo aliud, quam tyramide sua nobis obtruse-
runt, quod etiam impossibile est eos credidisse? etiam
si sexcenties dicerent. Fides enim donum dei est: cum er-
go deus hoc nunquam tradiderit, nimurum ad creden-
dum non traxit. Quod autem non tradiderit, manifestū
est, quia Caro pœnitus nihil prodest. Adde, quod est
multò tum firmissimum tum clarissimum, quod omnes
ut dictum est, in consideratione huius spiritualis, cor-
poralis (sic enim inuiti loqui cogimur) manductionis
mente in auocauimus, ista maxime causa, quod semper
ueritas uinceret: attamen frigida, siue meticuloſa mens
nolleb̄ obniti, quod à Papa uideret diuersum præcipi.
Qua ergo causa factum est, cum animum nihil sic

oblectet, atq; uerbi Dei comandatio? quemadmodum
dum David Psalm. 118. testatur. Quam dulcia fauibus
meis eloquia tua? super mel sunt ori meo. Et iterum:
Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Et lu-
cerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis
meis. Qum inquam uelamen, quod iubar Mosaicæ fa-
ciei temperabat, ademptum fit, quid causæ fuit, qui
omnes in cōsideratione huius manducationis fugimus?
Si enim uerbi Dei autoritate nixa erat, habebat hanc
nimurum cum reliquis dei uerbis cōmūnem naturam,
ut quanto magis tractaretur, tanto clarior ac gratiō-
fieret. Deprehenditur ergo quandoquidem, fides dul-
cissima iucundissimāq; res est animæ, & hæc tamen
corporalis sensibilisq; manducatio, mentem aut grauita-
bat, aut cōtristabat: quod ex audacium hominum opī-
nione citius profecta est, quam ex Dei uerbo. Quam-
uis, ut in neminem sumus iniquiores, possint quidā igno-
rationem culpæ sua prætexere, propter Christi uerba
que consecrationis dicimus: ea enim palam dicunt pā-
nem demonstrantes, Hoc est corpus meum. de quibus
nunc dicturi sumus.

Confutauimus iam, ut speramus insulsam istam de
corporali carne opinionem, ubi tamen hoc solum obti-
nere uolumus, quod corporalem, ac sensibilem Christi
carnem edi, dum gratias Deo agimus, tradere, nō mo-
do impium sit, sed etiam stultū & immane, nisi apud

HVL D ZVING. COMMENTARIUS.

ταῦθεν τοφάγους fortasse degas. Liberū interim cuique
relinquentes, de spirituali mandatione utcunq; uelit
sentire, modo Christi, non suis nitatur placitis, donec ea
que nos allaturi sumus de uerbis Christi, expenderit:
tum per nos licebit eligere, quod dominus dabit, nulli
enim legem prescribimus.

Testor ergo per Deum unum solum omnipotentem,
Patrem filium & spiritum sanctum, qui omnium corda
nouit, quod quae mox prolaturi sumus, non alia causa,
quam indagandæ ueritatis, proferemus: scimus uete-
ris Adami inexplicabilem glorie situm, qua si unquam
immodice laborauissemus, fuisse exaturandi occasio à
maximis Christiani orbis principibus iam olim oblata,
quam tamen sic pertinaciter reticebimus, ne ut quidam
solent deprecando narremus. Scimus iuxta hoc, quam
difficile sit contra omnibus inolitam opinionem prodi-
re, sic enim ferè Christi cultores sumus, ut nos operæ
precium fecisse uideri uelimus, si acriter externa ista
signa defendelerimus, que sacramenta uocauimus, etiam
si nunquam aut perraro uitam relegamus: & quod
ruinosum est, fulciamus: quamuis ista cum primis erat
habenda cura, ut quam proxime accederemus ad ar-
chetypum, cuius nomen habemus, Christi. Pericu-
losa ergo res est in tale discrimen te committere,
ubi tot sis hostes, atque eos atrocissimos habiturus,

hic enim quisq; maxime sœuiendo, uideri uult maxime
 pius esse. Quid ergo facias? Iubet lex ut inimici etiā bo-
 uem errantem domino suo remittas. Et mundum totum
 si uideas errare, non admonebis; præsertim qum hac no-
 stra tempestate, uideas tot Hercules incūstanter pro-
 dire, & quicquid perniciose doctum est, prodere? Credi-
 dit cœlestis rex multis multa talenta, ē quibus quidam
 diligenter negociantur, quidam uero desident. Tradia-
 dit & nobis assem, cuius cura nunquam non urit, con-
 tinue monens, ne rubigine absymi patiamur. Vnde cum
 alijs per inmensum scripturarum pelagus intrepide na-
 uigent, quod omnia sint illis firma, malus, artemon, rū-
 dentes, conti, remi, prora, latera, pupis, adferunt immē-
 sas merces undiq; petitas. Nostra uero cymba, cum sit
 male sarta, littus caute legere cogit, ac mercem tenuem
 cautius uehere. Dabimus ergo operam, ut quicquid in
 hac re protulerimus, sic firmum sit ac solidum, ne faci-
 le queat cornuelli. Oramus autem simul omnes, qui Chri-
 sto nomen dederunt, ut ne iudicent, donec causam totam
 audiuerint: iam & quanimitter feremus, quemcūq; calculū
 tulerint. Nam si nobiscum sentient, haud dubium est,
 gratos nos futuros esse: si contra, explodent, damna-
 bunt, deuouebunt, hoc facient, si modo sapient scriptu-
 rarum ui. Vnde gratiam illis non paruam debebimus,
 nam nos ab errore in uiam reducent. Sic enim prorsus
 animati sumus, ut recte monenti, sed cœlesti doctrina,
 libensissime

HVLD. ZVING. COMMENTARIUS. 249

libentissime uelimus parere. Quod si qui clamoribus
rem gerent, tam frustra uociferabunt, quām Hercules
Hylam: obsurduimus ad has uoces, hæreticum est, erro-
neum, piarum aurium offensiuum: toties enim hæ uo-
ces percelluerunt has aures, ut callum fecerint. Nemo
ergo sic dicat: Quis feret hæc? Totus orbis aliter sentit:
sed sic potius secum reputet, sēpē numero factum ut uni-
uersa aliqua gens erraret preter paucos, quemadmo-
dum Noë tempestate factum est. Et Heliā se etiam so-
lum putabat. Micheā uero contra uniuersam audaci-
um prophetarum turmam uerus Propheta stabant. Ve-
rissima quæq; semper fuerunt paucissimis cognita, sic
fortasse iij, qui de Eucharistie pane aliter quām uulgo
sunt, sentiunt, non temere hoc faciunt. Videbo iuxta Mo-
scos consilium quid sibi hic ignis uelit. Confiteor au-
tem ingenuē cor am Deo meo, & domino Iesu Christo,
& omni creatura, quod ad hunc sensum uerborum
Christi, quem proferemus, prop̄p̄sior sum, quām ad ali-
um istum quem hac tenus tenuimus, quamvis nihil teme-
re adseram: sed si quis clariora ac fidei conformiora
protulerit, cum multa gratiarum actione amplexurum
polliceor.

Diximus ergo tam duræ sententiæ de corporali sen-
tibiliq; Christi carne occasionem dedisse ignorationem
uerborum Christi, Hoc est corpus meum &c. quorum
si sensum ex sacris literis expendissemus, potius quām

ex avarissimorum hominū decretis nunquam tam impudenter in multas absurdas quæstiones incidissemus. Debebant autem ista uerba: Hoc est Corpus meum, nō sic illotis manibus tractari, ut nō prius omnibus scripturæ angulis perspectis, uideremus quæ sensum ferre possent, quæ recusarent. Ut exēpli causa in alijs quoq; fieri uidemus. Dum quidā hodie tribuunt operibus, quod solius gratiæ dei est, non faciunt hoc citra scripture autoritatem: inueniuntur enim haud pauciora scripturæ Testimonia, quæ operibus tribuunt, quod dei gratia est, quam quæ soli dei gratia. Quæ ergo sententia nunc meritò uincere debet; ea quam fides dicit at. Ista uero sic dicitat, Dei opus sumus, ex ipso spiramus, in ipso mouemur et sumus, in ipsum tēdimus: omnia ergo eius sunt, nos serui inutiles sumus, qui nō sufficimus ad quicquid, sed omnis nostra sufficientia ex Deo est. Qui hanc sententiā tenent, iā facile, qum in operū mētionē apud scripturas incident, se expediūt. Vidēt enim Dei gratia et amicicia esse, ut nostris opibus adscribat, qd' ipse tamē operatur, imo ipsum opus, eius, nō nostrū esse. ac iā perfidit scripturā tuā nāvigator, sic et hic loci faciēdum fuit. Posteaquā Christus dixerat Iudeis, Caro nihil pœnitens prodest, tantū enim pollet Græcus sermo ou're cōfessiōnē ou're, nō debuit os ullū de corporeā carne ultra loqui audere. Præsertim cū dilucide uideatur Iudeos ad eandē corporeā carnē offendisse, et Christū his uerbis corum

eorū offensioni occurrisse, ut nemo quicq; diuersitatis in
 hac questione esse, ne somniare quidem iuste possit. Ni-
 hil enim aliud Iudeos offendebat, quam quod corporeā
 uisibilem q; carnē edi oportere arbitrarentur: at erro-
 ri eorū occurrit Christus, & dicit carnē pœnitutis nihil
 prodesse, spiritū esse qui mentē uiuificet: uerba se salu-
 taria dixisse, nempe, quod qui ipso fidat, qui corpus su-
 um & sanguinem sit pro nobis depensurus, is habitu-
 rus sit uitam æternam. Hec uerba esse brevia, sed uitā
 ex ipsis & spiritum cœlestem respirare. Quis ergo tam
 incauti in tam duram sententiam incidimus? qum tam
 efficax amuletum haberemus, quod omnia prestigia hu Amuleta,
 mani ueneficij tam facile potuit prodere? An' hoc uer- res presti-
 bum Christi non repagulū est, quod transfilire nec uult, giosæ que
 nec potest pia mens? An' non est regula ad quam om- uim arcē-
 nia aliōqui aspera & dura complanat, qui integrā in dī mali pu-
 deum fide est? Quis enim qui rei caput teneat, nempe, tabantur
 quod qui Christo fidunt, illis iam potestas facta sit filios habere
 Dei fiendi, imò agnoscant se iam per unum eundemq; ab amoliē
 spiritum & filios esse & heredes Dei; quis horū, in= do.
 quam, ad hæc uerba: Hoc est Corpus meum, stupe-
 bit Iudeorum instar; qum tam adperte Christum audi-
 at dicere: Caro non prodest quicquā? Sic ò clemētissime
 ac iustissime Deus, ubi tibi fidere cessamus, in tenebras
 incidere permittis, ut etiā in medio sole cœcutiamus et pal-
 pitemus, haud aliter q; solēt, qui oculis capti sunt. Nā si

fides integra fuisset, has tenebras haud secus propulsset, atq; sol iste uisibilis noctem dissipat. ô imperuestigabilia iudicia tua, ut enim decuit iusticiam tuam per fidos nos hac cæcitate percutere, ita & clemētiam decuit oculos nostros rursum adperire & ad claram lucem, ut Aquilas pullis suis facere perhibent, surrigere. Ut quum lucem nos ferre posse experti simus, iam et hoc beneficium agnoscamus, quod ad lucem nostris uiribus nunquam adperire oculos potuissimus, nisi tu, qui uocas etiam isti, quæ non dum sunt, nos in admirabile lumen tuum adduxisses.

Cogunt ergo dicta Christi uerba, Caro non prodest quicquam, omnem intellectum in obsequium Dei, ut iā ista: Hoc est corpus meum, nulla ratione uel possis uel debeas de corpore a carne, aut sensibili corpore intelligere, ut patuit. Vidēdum ergo iam erit, quem nam sensum habere oporteat, nam, ne hoc preterreamus, nihil potest inepta ista obiectio. Quir non potius ista uerba, Caro non prodest quicquam, cogimus ad præscriptū horum: Hoc est corpus meum, ut illa potius dicamus ad horum normam esse æquanda, quam hæc ad illorū uim adaptemus? Primū enim clarissima sunt, que Christus illic agit, ut allegoricum sensum tam ex antecedentibus quam sequentiis, aut symbolicum pœnitut nullum adserere quisquam possit. Deinde quod fides eum sensum germanū esse uidet, quem uerba præse ferunt: quis enī credet

HVL D. ZVING. COMMENTAR IVS.

393

credet Christū suos in istas tenebras detrusisse, in quibus Iudeos nō est passus permanere? Lux est Christus, Lux est Euangelium: quis nunc credat, nos ad ista cogi, à quibus Iudei ne abhorreret, abducti sunt? Postremo, quod sensus hic non sic obstrepunt & tumultuantur: atq; dum fides audet se dicere credere, quod corpora Caro edatur, persuaderi enim nequeunt sensus, ut se sentire dicant, quod nullo pacto sentiunt: nam alioquin agre permittunt fidei ista credere, quae ipsi non experiuntur, etiā si eis nihil imponatur supra leges suas & naturam. Nūc autē cum hæc facta fides, quæ sic de sensibili carne statuit, sensibus etiā inuitis obtrudat, ut præter omnem ipsorum legem cogātur confiteri, sentire qd' non sentiūt, perpetuò nō obtemperant: & si tyrannide premas ac ui, ut inuiti cogātur cōfiteri, qd' nō sentiūt, perpetuò tamē reclamant. Sed nūc redimus. Videndum inquā, quis sit nativus horū Christi uerborū sensus, nā corporeū istū, ac grossum habere nequeunt. Prodierūt hac nostra tempestate, qui dicerent symbolicū sensum in ista uoce (Hoc) deprehēdi oportere: quorū ego fidem cōmendo, si modo facta nō est. Deus enim intuetur Cor, nos ex facie iudicamus miseri. Cōmendo ergo magnopere illorum fidem, non qua nimis imprudenter hæc uerba tractare audent, sed qua uiderunt cōfiterere nequire, ut hic corpoream carnem intellegamus. Veritatem cuius Carybdis metus eos ad hæc Scyllā offendere

coegerit, nunc no dicam: nihil enim ad hanc rem. Cum
 ergo sic legunt cum apud Euangelistas tres, tum apud
 Apostolum Paulum: Accepit Iesus panem, & cum egi-
 set gratias, fregit & dixit: Accipite, edite, hoc EST
 Corpus meum: cotendunt hic demonstratione uariari,
 sic ut istud Pronomen, Hoc, non demonstret panem que
 acceperat, fregerat, & porrexerat, sed ipsum sensibile
 Christi Corpus. Estq; eorum haud dubie sententia: nam
 nos preter unum libellum, atq; eum tenuem, nihil eori
 legimus: quod Christus uoluerit discipulis ostendere hoc
 suum corpus istud esse, de quo prophetæ multa prædi-
 xerunt, quibus uidelicet modis tractandum esset. Quo
 rum sententiam uel maxime iuuaret, quod Ioan. 6. sic
 prædixerat Christus: Panis quem ego dabo, Caro mea
 est, que pro mundi uita expendetur. Posset enim hic di-
 ei: Ecce hoc ipsum corpus, quod admodum nuper præ-
 dixi pro uita mundi mactari oportere, iam iam rapic-
 tur ad aram: sed absit metus & cunctatio, adsum, me
 ipsum exhibeo. Ac ne in errorem ullum possitis incide-
 re, puta quod Dei filius sim, credere me non istud Cor-
 pus mactationi impensurum esse, sed aliud quoddam sit
 bito conflaturum, quod angelos fecisse sæpenumero ui-
 sum est: ne inquam, ut est humana inuentionis audacia,
 putatis me aliud pro isto corpore daturum, adpertè ac
 dilucidè uobis dico, me hoc, quod coram uidentis, cora
 pus esse traditurum pro mundi redemptione.

Bona

Bona ergo istorum uenia dicam quod sentio, quodq;
rem ipsam esse clarissime uidebimus. Si ad hunc mo=
dum uocem istam, Hoc, in Christum retorquebimus, fr̄i
gebit omnis actio: que tamen usque adeò anxie ab omnibus
perscripta est, ut impiū sit eam frustra putare tan=diligerenter expressam esse. Accepit Iesus panem, bene=
dixit, gratias egit, fregit, deditq; discipulis, dicens: Aca=
cipite, & comedite, Hoc meum corpus tradetur pro uo=
bis. Quid enim opus fuit tanto adparatu; quem Euangeliæ sic prosequi sunt, ut usque in hodiernum diem
quoties hæc uerba audimus, iam Christum ipsum uide=
re putemus, agere, ac loqui omnia? Quid inquam Chri=
stus tanto adparatu opus habuit, si nihil aliud uolebat
dicere, quam Corpus hoc suum iam inter, ut dicitur, sa=
crum ac saxonum stare? An' iubet, ut edant more hospita=
lium hominum; cum iam cœnati essent, vt sit sensus:
Este bono animo, ac læti edite? Quorsum ergo adti=
net: Benedixit, gratus egit, fregit, dedit? An' non
edebant, nisi ipsis Christus diuisisset; dedisset? Co=
ginur ergo hic omnem & actionem & sermonem amitt=ter,
quod impiissimum est, aut plane confiteri quod
hoc ipsum quod Christus tanta diligentia maiestateq;
dabat, corpus suum Symbolicum esse. Nec obstat quod
panis tam Græcis quam Latinis masculini generis est,
Corpus autem neutrius. Nam huiusmodi locutio=
nes innumeræ audies in omni ferè lingua, quibus

ab artificio ad materiam trāfitur: Ut: Accipe hunc craterem, hoc enim purissimum aurum est inter omnia regia uasa. Ecce, ut hic crater masculinum, artificium significat, aurum uero materiam: arte enim confit crater aurum materia est ex qua fit. Reditur ergo ab artificio ad materiam, ut utriusque rei precium cognoscatur. Vnde isto argumento ueteri opinioni potius armis præberentur, quam extorquerentur, si in hanc cœgritudinem uerborum pugnæ inciderimus. Dicent enim isti Carniuori: Ecce hic transitur ab artificio pane uidelicet, ad materiam nempe corpus: ut sit sensus, iste panis quod ad materiam adtinet, est ipsum corpus Christi. Quamvis hic impostura fieret, quod ideo dicimus, ne quis fortasse rem ad eum quem diximus modum tentet. Nam in communibus locutionibus ab artificio redditur ad materiam, quam artificum manus adprehenderat, ut in ea operaretur. Vnde hic à pane redire oportet ad farinam, ac dicere: Hic panis farina est. Quæ tamen sunt argutula, & perinde minime solidæ, nō in eum usum diximus, ut quicquam roboris in eis locemus, sed solummodo ut ostendamus huismodi locutiones in omnibus planè lingua inueniri. Quo deinde adparet infirmum esse argumentum, quod à mutatione generis captum fuit. Tercio loco, cum subdit Christus: Hoc facite in meam commemorationem, quid hic quæso in eius commemorationem facere iubetur? Si dicas: edere, Obijcimus nos

nos: quorsum ergo abiiciemus ista uerba: Hoc est corpus meū, quæ interposita sunt: An nō uidetur uehemēter esse uiolētum, qum omnis tum actio tum sermo, qui hæc uerba antecedunt: similiter qui mox sequuntur, hoc clare agūt, ut quod præbeatur ad edendū, corpus Christi sit; quamvis symbolum: & quod fieri iubetur in cōmemorationem, causam omnem cōmestionis exprimat: Nōnne, inquā, uiolentū esse uidetur hæc uerba, quæ in medio sita sunt, aliò torqueri? Videtur omnino: non enim sic uis est facienda uerbis, etiam ubi fides alium esse sensum non ambigit.

Difficultas ergo uniuersa nō in isto pronomiū, Hoc, sita est, sed in uoce nihilo, quod ad elementorum numerum adinet, maiore, puta in uerbo, Est. Nam ea in scriptis literis non uno loco pro significat ponitur. Audito, ut hoc primo loco dicam, Vicleuum olim ex Vallenses etiam hodie in hac esse sentētia, ut, Est, hic sit positum pro significat, quorū tamen ipse fundamēta scripturæ non uidi: fieri enim potest, ut recte quidem sentiant, sed quod recte sentiunt, non recte inuiant. Quæ fortasse causa fecit, ut eorū sententia pro impia sit damnata. Nos enim, ut per gratiam dei multis pugnis, cum multis de scripturarum sensu manus conseruimus, excepti sēpe sumus quosdam, etiam dum recte quidē sentirent, causam tamen deserere, ac alijs tradere coactos esse: quod que recte sentirent, non probe firmarent.

Vnde has uoces nihil ueriti, Vieleuiamus est, Vuldensis
 est, Hæreticus est, eos scripture locos adducemus, in qui-
 bus negari nō potest hanc uocem, EST, omnino pro si-
 gnificat esse positam. Post euidenter probabimus etiam
 hoc loco, EST, pro significat oportere accipi. Illud his
 testimonij patebit. Gen. 41. dicit Ioseph somnij Pharaon-
 is interpres: Septem boues pulchræ, & septem spicæ
 plenæ, septem ubertatis anni sunt, eademq; uim somnij
 comprehendunt. Quid quæso? an ne septem crassæ bo-
 ues septem anni sunt minime, sed quas ille uiderat, se-
 ptē annos fertiles portebat: quæ uerborū uis negari
 à nemine nisi stupido potest. Sunt ergo, hic citra contro-
 versiā pro significant positū est. Paulo post sic sequitur:
 Septē quoq; boues tenues atq; macilētæ, quæ ascēderūt
 post eas: & septē spicæ tenues, & uento urente percus-
 sæ, septē anni uētūræ sunt famis, & cœ. Ecce iterū sunt
 pro significant esse positū. Iam ad nouum instrumentū
 uenimus. Lucæ 8. qm̄ Christus per parabolā seminis in-
 terram cadētis, uarietatē uerbū Dei recipientiū signif-
 casset, ac discipuli hoc minus intelligerent, percōtare-
 turq; quidnam hac parabola uellet, sic tandem differuit:
 Semen, de quo uidelicet iam multa audierant, semē, in-
 quīt, est uerbū Dei. At nullum semen est uerbum Dei, sed
 hac uoce significabat uerbū Dei. Hic ergo iterū, EST,
 ponitur pro significant. Paulo post: Qd' aut̄ in spinas ceci-
 dit, his sunt. &c. id est quod aut̄ dixi in spinas cadere, hos

hos significat. &c. Et Paulo post: Quod autem in terram
 bonam, hi sunt. & c. id est, hoc autem semem quod in terra bona
 cadere dixi, hos significat. Sic Mat. 13. in eadem parabo
 la, EST T, pro significat ponitur, quamvis sermo sit pauci-
 lo alienior. Eodem loco, cum parabolam superseminati-
 onis explicat, sic ait: Ager est mundus. Porro ager non
 est mundus, sed mundum in hac parola significabat.
 Ibidem: Bonum uero semen, sunt filii regni: hoc est bonum
 semen significat portenditque filios regni. Ibidem: Zizanii
 uero sunt filii mali, hoc est, symbolum sunt impio-
 rum aut malorum. Ibidem: Inimicus autem qui semina-
 uit ea, est diabolus, hoc est, significat cacodæmonia. Ibi-
 dem: Messis uero, consummatio saeculi est: Messores autem
 angelii sunt. ubi utrobiusque tam est quam sunt, pro signifi-
 cat et significat sunt posita. Satis testimoniorum productum
 esse arbitror, quibus p̄bemus, EST T, & affinia eius pro
 significat esse posita. Sed quoniam audimus quosdam indi-
 giti præpere: Si sic uerbū quodlibet cogemus quilibet Obiectio.
 significare, nihil erit integrum in sacris literis: dabitur n.
 licetia ipsis quæque in quævis detorquendi. Operæ precium
 est, ut illis paulo suauius respōdeamus, quod ipsi obiciunt.
 Quis ergo ignorat nullā pœnitutē esse uocem, quæ natu-
 re solo non aliquando eximatur & peregrino inseratur, μεταφο-
 rū, ubi lōge maiore in precio habetur, quod si in domesticater pālē & me-
 ra, hoc est in proprio usu permiseris? Qui mos Hebreis ταῦτα
 præceteris peculiaris est, ut per omēm Christi sermonē

etiam in peregrina lingua descriptum, apertissime p^{re}
 tet. Accipe quamlibet contemptum uocabulum, Stercus:
 Quoniam nunc Christus, Luce.13. colonū pro deside arbo-
 re intercedentem facit, qui se stercora circumpositurum
 recipit, quomodo lepidius potuit clementem uerbi mi-
 nistrum significare & cuius indubie est languidos quofo-
 dam omni arte souere, dominoq; adsiduis precibus cont-
 mendare, ne pro eorum meritis iudicet. Aliam acciper:
 Lapis. Anⁿō honoratiore loco stat h^aec uox, quem Chri-
 stum lapidem significat, quam qum saxum iners in agro
 surgens, aut etiam in ædificio constitutum? Sic & uer-
 ba. An nō Paulus hoc uerbo currere magnifice est usus;
 cum Galatis dicit: Currebatis bene, pro recte incedeba-
 tis, ac sedulo? Saluator uero noster, qum dicit: Ego sum
 ostium, num ostium erat? sed iuxta horum impatientia,
 qui uerborum uocumq; tractum nolunt admittere, osti-
 um esse oportet. Num ergo ligneum, saxeum, eburneū,
 aut corneum, ut est apud Plinium & Homerum? Ego
 sum uia, Ego sum uitis, Ego sum lux & cæt. nobis inui-
 tis obtinet, ut aliam ipsis significationem permettere co-
 gamur. Num enim uitis est? sed in morem se uitis habet.
 Nō igitur tam inepie quiritandum est: Prospicite ciues,
 uestra res agitur, amittetis uerbum sermonem, qum ne
 quotidiano quidem sermone citra metaphoras & meti-
 lepses uti commode possimus. Fide igitur magistra, ui-
 debimus in qua queq; significatione debeamus accipes-
 re: nam

re: nam alioqui indignā rem prorsum Christo tum
 nobis faceremus, qm eum apud Ioannem agnum aut
 arietem, apud Lucam uero saginatum uitulum intelli-
 geremus. Qm ergo dicit, Ego sum uitis, nihil aliud di-
 cit, qm ego me erga meos uitis in morē habeo. Quis
 uero hic tumultuabitur? quis indignam rem fieri que-
 retur? Sic & hoc loco Fides consulenda est, que si di-
 stat in isto sermone, Hoc EST corpus meum, hoc uer-
 bum, EST, in nativa significatione mittendum esse,
 omnino fidei parendum est, ac nihil pœnitus ab his me-
 tuendum, quos uidemus per impietatem audere omnia:
 pijs enim, utcunq; sc̄iant, è manibus ueritatem extor-
 quere nequeunt. Sin autem fides hunc sensum tolerare
 nequit, quemadmodum superius rationibus etiam mul-
 tis patuit, & hoc uerbo: Caro non prodest quicquam,
 unice ac fermiter patet, erit omnino huius uerbi hoc lo-
 ci alia significatio, quicquid tādem aut indocti aut im-
 pi clament. Ponitur ergo nostro iudicio hoc uerbum,
 EST, hic pro significat: quamuis hoc iudicium non no-
 strum, sed æterni Dei sit: de nulla enim re gloriari pos-
 sumus, quam non fecerit in nobis Christus, R. 15. Supe-
 riusrq; satis sit probatū, quod quandoquidē fides ab in-
 visibili Deo sit, & ad invisiibilem Deum tēdat, ac prorsus
 res sit ab omni sensu alienissima. Et quod quicquid cor-
 pus est, quicquid sensibile, fidei obiectum esse nulla uia
 potest. Vnde qm dicimus, Nostro iudicio sic capi hoc

uerbum isto loco, propter infirmos quosdam sic loquimur, nō quod hæc sententia possit ullis scripture locis ueraciter conuelli. Aut enim reiici oportet, Caro non prodest quicquam, quod tamē impiū esset dicere: facilius est enī cœlū & terram transire, quam de uerbo dei unū apicē, aut hūc unū solum, ac simplicē sensum esse.

Videndū ergo nunc est ante omnia, ut omnia quadrarent, si ad hunc modū, Est, pro significat ponamus. Et quum probe quadrabunt simul probatum erit, quod etiā hoc loco, Est, pro significat accipi oporteat, quod secundū do nos p̄baturos receperamus. Sic ergo habet Lucas, quo ex Euangelistis contenti erimus. Et accepto pane, gratias egit, fregit & dedit eis, dicens: Hoc significat corpus meum, quod pro uobis datur: Hoc facite in meā cōmemorationem. Vide, ô fidelis, sed absurdis uincta opinionibus anima, ut hic omnia quadrarent, ut nihil aut uiolenter auferatur, nihil addatur: sed omnia sic quadrarent, ut mireris te non semper hanc uidisse sententiā: ac multò magis mireris, hoc belle concinatum huius sermonis corpus, tam audacter à quibusdam disceptū esse: Accepit panem gratias egit, fregit & dedit eis, dicens. Ecce ut hic iam nihil hiat. Hoc quod scilicet ad edendum p̄rebbeo, Symbolum est corporis mei pro uobis traditi: atq; hoc, quod nunc facio, in meā cōmemorationem posthac facietis. An' nō iste sermo, Facite hoc in meā cōmemorationem palam indicat hunc panem

edi

edidere in eius cōmemorationem? Cāna igitur do-
mīnica, ut eam Paulus adpellat, mortis Christi cōmemo-
ratio est, non peccatorum remissio: nam ea solius mor-
tis Christi est. ait enim: Hoc quod nunc edere ac bibere
iubeo, Symbolū uobis erit, quo omnes utemini simul
manducādo, & bibendo, tunc, qm̄ mei cōmemoratio-
nem facietis. Quā cōmemorationem Paulus. i. Cor. ii.
ne quid ad germanum sensum decesset, Cum utrobiq; tā
ad panem, quā ad potum dixisset, hoc facite in meā
cōmemorationem, sic exp̄r̄bit: Quotiensq; enim
ederitis panem hunc, Symbolū scilicet (nam carnē
nemo adpellat omnium) & hoc poculum biberitis, mor-
tem domini annunciate, donec ueniat. Quid uero est Annūcīa
annunciare mortem domini? Pr̄edicare nim̄rum, gra- re mortē
tulari, laudare, quemadmodum & Petrus dixit. i.ca.2. domini.
Ut uirtutes annūcīetis eius, qui uos ē tenebris uocauit
in admirabile lumen suum. Monet ergo Paulus hanc cō-
memorationem mortis Christi, usq; ad finem mundi,
quando Christus redditurus est, & iudicio decreturus
cum humano genere, sic fieri debere, ut mortem domi-
ni annūcīemus, hoc est pr̄dicemus, laudemus, ac gra-
tias agamus: hinc enim Gr̄eci Eucharistiam adpella-
runt.

Nūc ad poculi uerba ueniemus, quibus hæc sentētiā
clarior deprehenditur. Sed prius hoc admonebimus po-
culum pro potu accipi: continens pro eo, qd' cōtinetur.

Sic ergo habet: Hoc poculum, illud nouum testamentū in meo sanguine, qui pro uobis funditur. &c. Hic ex plorabimus singula. Poculum, dictum est. Illud nouum Testamentum. Scimus articulum, &c, hoc loci tantū usū lere, quantum, Est: quemadmodum & Hebreis his huīnam & Paulus. i. Cor. n. tam articulū posuit, quām ipsum uerbum, EST, ἡ καίνη στολήν εἰπ, illud nouum Testamentū est, ne quicquam scilicet nobis def̄set, aduc tamen maluimus dicere, illud, ne uspiam patet calumniae, quod dicimus. Quid ergo? an? poculum hoc nouum Testamentum est? Certe est. Veritas sic habet, at Testamentum hoc nouum, uim alibi non habet, quām in morte & sanguine Christii, immo mors & sanguis Testamentum ipsum sunt: quod si poculum Testamentum est, colligitur quod poculum hoc, sit uerus ac sensibilis sanguis Christi: nam is pro nobis fūsus, Testamentum sanctificauit, firmum ac ratum reddidit. Dis sentiemus & hic à magnis uiris, quamvis non ipsi dissentiamus, sed res ipsa: quanti enī referret, si ipsi quam longissime dissentiremus, cum tamē res aliter haberet?

Testamen Accipitur ergo hic Testamentum abusue pro signo, aut tum pro symbolo Testamenti, quemadmodum instrumenta di strumentū cuntur testimonia, quātamen nec spirarent, nec loquantesur: sed signa sunt dictorum & factorum corum, qui aliquando spirabant. Aliud exemplum & clariss. Accepuntur non nunquam instrumenta pro testamentis, ut apud

ut apud Ciceronem s̄e penumero, apertum est testamentum lectum. Et cetera non erant testamentum, sed bona legata. Quid enim profuisset literas legatas esse? sed in literis continebatur quid cuique legatum distribui oporteret. Sic et hoc loci Testamentum est mors et sanguis Christi: Instrumentum autem, quo continetur ordo et summa Testamenti, est hoc Sacramentum: in eo enim commemoramus Christi mortem, ac sanguinis effusione, quid nam boni nobis attulerint: quemque eis bonis fruimur, gratias domino Deo habemus pro Testamento, quod nobis gratuitò impedit. Aperitur ergo Testamentum et legitur, cum mors Christi annunciatum: distractatur Testamentum, cum quisque morte Christi fideit, tunc enim hereditate fruitur. Quod autem hoc poculum sic pro symbolo ueri Testamenti accipiatur, ipsa uerba indicat, quem ait: Hoc poculum, nouum Testamentum, id est Testamenti signum ac instrumentum est in meo sanguine: non dicit, Hoc poculum, quod nouum Testamentum est, est sanguis meus: sed, Hoc poculum nouum Testamentum est in meo sanguine. Ea autem, quorum unum in altero est, inter se distinguntur, ut res et res, quod isti dicunt realiter. Porro, quae realiter distinguuntur, nulla ratione sic conuenire possunt, ut eadem res sint. Quod enim in alio est, non est hoc ipsum in quo est. Quid ergo cause fuit, ut cum alijs Euangeliis Matthaeus et Marcus dixissent: Hoc est sanguis meus

us, ille noui testamenti, Lucas & Paulus dicant: Hoc po-
culū nouum testamentū est in meo sanguine? Videtur
hic mira esse diuersitas. Illi enim adpellant sanguinem
testamenti: Ipsi uero Testamētum sanguinis, hoc est in-
strumentū, ac signū testamenti, quod uim habeat in san-
guine Christi. Studio omnia facta sunt. Lucas enim &
Paulus, qum post illos scriberent, nonnihil claritatis
indicerunt uerbis suis. Cum enim uidarent hæc uerba:
Hoc poculum est sanguis meus, sicca nimis pro quoru-
dam captu, quamquā (ut apud Tertullianū uidere est,
de quo postea) priscis istis satis clara essent: futuru-
tem arbitrarentur, ut non quilibet hanc orationem sic
intelligerent: Hoc poculum est Symbolum sanguinis
mei, qui est noui Testamenti sanguis: tantum enim uaz-
let articulus rō, ipsi orationem aliter forma uerūt: Hoc
poculum nouum testamentum est, Id est, Hoc est noui te-
stamenti poculum, quod nouum testamentum uim habet
in meo sanguine. nam & Matth. & Marcus patro ca-
su dixerunt noui testamenti, quod Lucas & Paulus in
recto dixerunt, nouum Testamentum. Vnde & abusi-
ue dixerunt nouum testamentum, pro Symbolum est
noui testimenti. Sicut testamentum dicimus instrumen-
tum, in quo res legatæ continentur: & Cæsarem adpel-
lamus imaginem Cæsaris. Symbolum ergo est noui te-
stamenti. Reddetur hæc sententia dilucidior, si apud
omnes

HVLDR. ZVING. COMMENTARIUS.

omnes quatuor articulos probè expenderimus. Hi emi,
puta, & tò, ut minime ralatiui sunt, distinctum quid
ac solidum demonstrant. Cum ergo poculi uerba sic ha-
bent: Hoc poculum nouum testamentum est in meo san-
guine: ubi in meo sanguine aliū sensum habere nequit,
quam, quod testamentum uim habet in meo sanguine;
sit manifestum, quod panis uerba consimilem ad mo-
dum sic accipiēda sunt: Hoc, quod scilicet edere iubeo,
Symbolum est, aut significat corpus meum, quod pro uo-
bis traditur. Volumus autem, quod in his anxijs uerbo-
rum excussionibus, nemo se offendit patiatur: non enim
eis nitimur, sed hoc uno uerbo, Caro non prodest quic-
quam: quod uerbum firmum satis est ad cōpellendum,
quod, Est, hoc loco pro significat, uel Symbolum est, po-
nitur, etiam si sermo ipse pœnitus nihil haberet, quo
sensus hic deprehendi posset.

Consulendus est & alio loco Paulus, quo clarius ui-
deamus quo pacto usi sint Apostolorum tempestate hoc
sacramento Christi discipuli. I. Cor. 10. sic habet: Pocu-
lum benedictionis, hoc est liberalitatis ac munificentiae
Dei, quod benedicimus, id est, quo gratias agimus,
nōnne communicatio sanguinis Christi est? Hoc est,
qum simul bibimus de poculo isto, quod nobis Chri-
stus in liberalitatis sue Symbolum dedit, nōnne so-
li isti bibimus, qui communem habemus Testamen-
ti sanguinem? Qui ergo hic bibit sese prodit fratribus

omnibus, quod sit ex eorum numero, qui Christi sanguine fidunt. Nam hanc solam & nativam esse sententiam horum uerborum, clare probant certae notæ, que mox sequuntur. Panis quem frangimus, inter nos scilicet, nonne participatio corporis Christi est? Id est, quoniam panem frangimus inter nos, nonne omnes, quotquot sumus Christi corpus, nobis mutuo adperimus & producimus, quod ex eorum numero sumus qui Christo fidunt?

Iam sequitur nota, qua & hic esse sensus, & corpus Corpus ali hic aliter sumi, quam pro Symbolo corporis: nempe ter atq; ali pro Ecclesia deprehendit. Ait enim: Quia unus pater accipit nis, unum corpus multitudo sumus. Nos enim omnes sumus.

ex uno pane participamus. Videlicet, Et. ii. capit. clarissime, quod huius Sacramenti usus Pauli tempestate sic habuit. Conuenerunt discipuli Christi, ac simul ederunt totam ab initio cenan, ubi quidam fastuosi, ac splendidius inferri faciebant. Vnde pudor & contemptus non habentibus, nascebatur. Naturabant alij, alij autem cessabant: sicque fiebat, ut pars iam sati expectarent symbolicum panem: pars autem, cum circunferri panis ac poculum coepisset, incenati aducerentur. Hic monet Paulus ut domi edant, ac Ecclesiam, hoc est coetum Dei non contemnant. Domi autem iubet edere, non symbolicum panem & sanguinem, sed cenan quotidiana. Qum ergo sic congregati essent ad gratulandum & laudandum dominum, monebatur ne circa iudicium

iudicium ederent. unde & ait: Probet autem se ipsum homo. &c. Qui enim de hoc simbolo ederit, sese probat membrum Ecclesiae Christi esse. Quocirca ei postmodum non licere ex idolothytis edere, nec illuc accubare, qui in symbolico Christi coniuio accubuisse(nā hūc tendit hoc loco Paulus) Qui enim hic edant & bibant, unū corpus & unum panem fieri: hoc est, qui cunq; ad eum usum hic conuerint, ut mortem Domini annuncient, & symbolicum panem edant, nimurum se probent corpus Christi esse, hoc est membra eius Ecclesiae: que ut unam fidem habet, & eundem Symbolicum panem edit, sic est unū corpus & unus panis. Ut sic liqueat Christum pane & uino nos uoluisse cibare & potare, quod quemadmodum ista ambo ex innumbris, cum granis aut farinæ atomis, tum uix acinis in unum corpus sociantur: sic nos quoque in unam fidem, ac unum corpus coēamus. Vnde et græci alio nomine σύμβολον adpellarunt, quod hoc Symbolo, ut omnes conuerant, sic in unum corpus cogerentur. Loci uero in actis, qui de fractione panis sonant, maxime ad hanc opinionem faciunt, si, ut quidam putant, de communicatione Symbolici panis intelligendi sunt. Et plaus negari non potest. Actorum. 2. priorem mentionem fractionis panis de hoc Symbolico pane intelligi oportere, qum sic habeatur: Et erant omnes firmiter adhaerentes doctrinæ Apostolorum, & communicationi, &

fractioni panis, & orationibus. Nam paulo post loqui
 tur de pane, hoc est cibo corporeo, quo pacto ipso per
 singulas domos uteretur. Adparet ergo manifeste, Apo-
 stolis panem hunc sic fuisse in usu, quemadmodum ian-
 diximus, ut facile potes ex his quæ antecedunt & qua-
 sequuntur, colligere. Vnde & Sole clarius adparet, quod
 Circumcisio & pascha, quæ citra sanguinem fieri non
 poterat, per Christum, qui omnem sanguinem suo san-
 guine sisit, in haec amica homini elementa commutata
 sunt: quo legis atrocitatem videamus in gratiæ benefi-
 cium transiisse Legi, quæ beluino sanguine consecrata
 erat, initiabatur Circumcisionis sanguinc. Christo, qui
 proprio sanguine æternum testamentum consecravit,
 initiamur aquæ perfusione, quo videamus hostiarum ini-
 cendia Christi sanguine extincta esse. Pascha comemo-
 ratio & celebris festiuitas erat, qua ex AEgyptiaca ser-
 uitute se liberatos esse domino gratulabatur. At ne ullus
 uestigium cruentæ legis remaneret, suam festiuitatem
 aut commemorationem amicissimarum hominirerum,
 panis uidelicet ac uini symbolo celebrari uoluit. Estis
 ad hunc modum Baptismus nostra Circumcisio: Eucha-
 ristia nostræ pascha, hoc est redemptionis comemora-
 ratio, festiuitas aut celebritas.

Falsa Reli-
gio.

Falsa ergo religio est, que docuit huius symbolici
 panis usum peccata delere: nam Christus solus delet
 peccata, qum moritur: mortuus est autem semel tatum,
 ut tota

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIUS.

272

ut tota epistola ad Hebreos & Roma. 6. habetur. Semel ergo mortuus, perpetuo ualeat ad omnia omnium ex= haurienda peccata. Falsa est religio, quæ docuit hunc panem opus aut oblationem esse, quæ quotidie oblatæ peccata nostra expiat: quemadmodum alias multis pro bauimus. Omniū tamen breuiſſime aduersus Hierony= num Emserum Ibicem, ubi rem totam in Syllogismos duos admodum breues coēgimus, quos & hūc non pi= gebit adponere. Præmittendum tamen prius est, quod & illuc præmisimus.

Ex Antibolo aduersus Emserum. &c. cæt.

Nouum Testamentum æternum est. Vt. Isa. 9. & Hic remiæ 31. patet. Igitur & sanguinem quo nouum Testa= mētum nitur & respergitur, æternum esse oportet. Est enim sanguis æterni filij Dei. i. Petri. i. Hebræo. 9.

Sanguis Christi solus tollit peccata nostra: ipse enī I solus est qui tollit peccata mundi: & qui per sanguinē suum oia recōciliauit. Col. 1. nā si alia ratione peccata expiari potuissent, Christus frustra mortuus esset: & qui enī ederent, aduc esuriret: & qui biberent, nihilomi= nus fitiret. Quod longissime abſit à mentibus fidelium. Ipse enim exaltatus à terra, omnia traxit ad seipsum. Sed & peccatum non auferitur sine sanguine. Hebræo. 9.

At sanguis Christi semel tantum oblatus est: æternus II enim æterni filij Dei sanguis est. Hebræo. 9. Per pro= prium sanguinem introiuit semel in Sancta.

DE EUCHARISTIA

III Ergo sanguis Christi semel oblatus, in' eternum durat,
ad exhauriendum omnia omnium peccata.

SECUNDO SIC ACCIPE.

I Christus illic tantum offertur, ubi patitur, sanguine
fundit, moritur: haec enim equipollent. Probatur. Nam
Paulus Hebr. 9. sic inquit: Neq; ut saepe offerat semetis-
psum. &c. alioquin oportebat eum frequenter pati ob
origine mundi. Ergo offerre Christum, est pati Christum:
nam Paulus Christi oblationem hinc probat uni-
cam esse oportere, quod semel tantum sit mactatus. Er-
go illic solum offertur, ubi moritur: nam oblatio mora-
tem sequitur. Tunc enim perficitur oblatio, qum id qd'
offertur occisum est.

II Christus non potest ultra mori, pati, sanguine funde-
re. Ro. 6. Christus, qui resurrexit a mortuis, ultra no
moritur, mors illi ultra non dominatur: nam quod mor-
tuis est, peccato mortuus est, & hoc semel: quod autē
uiuit, uiuit Deo.

III Ergo Christus ultra offerri non potest, mori enim
non potest.

His manifeste patet, quam audacter imposuerint
Christianorū simplicitati Pontifex Ro. & omnes ipsius
a secl. Quid enim missando non pepererunt? solidā
regna ipsis data sunt, ut dominicam cænam ederet pro
nobis: quam tamen nullo pacto edebant, sed se Christū
offerre

offerre pro nostris delictis obtende bant. Qui mos, si ab
 Apostolis, aut à primarijs istis Christi fratribus dimanat
 set, potuerat nonnullam speciem præbere. Nunc uero,
 quoniam iste missandi ritus nec ex institutione Christi neq;
 Apostolorum, fundamentum pœnitutis ullum habeat: cur
 tam impudentē negociationem in templo, hoc est in Ec-
 clesia Dei ferimus; quæ ad Christi ignominiā tam aper-
 te erumpit? Cur nō omnes missatores desistere iubemus
 à tam atroci Christi cōtumelia? Si enim Christum quot-
 tidie offerri necessarium est, hinc fieri oportet, quod in
 cruce semel oblatus, nō imperpetuum sufficiat: qua con-
 tumelia, quæ maior dici poterit? Omittendæ sunt con-
 festim omnes missæ, ac Cæna dominica ad institutū Chri-
 sti utendum. Nec tamen iniuria ulla irrogāda est ijs mis-
 satoribus, qui ad hoc munus delecti sunt, sed cum pa-
 ce alendi, donec uita defungantur: post uero nulli in de-
 mortuorum locum subrogādi sunt, et illorum bona in
 usum pauperum redigenda. Quæ autem hic obijciuntur
 ex patribus, ut aiunt, concilijs, Pontificijsq; legibus
 tam friuola sunt, ut nihil referat confutare. Ut enim an-
 tequam Christus nasceretur, nemo facere potuit, ut nos
 ulla oblatio saluos redderet, sic neq; postea quam nos se-
 mel in cruce mortem perpessus, Deo reconciliavit, nul-
 la congregatio, nullum concilium, nulli patres efficere
 possunt, ut denuo offeratur. Ut enim omnium à cōdito
 mundo peccata expiatu*s*, sic et usque ad finem mundi

omnibus ipso fidentibus, est salutaris: æternus enī Deit̄
 est: per ipsum & cōditi sumus et redēpti. Si ergo quid-
 dam in contrarium ex sacris literis detorquatur, nihil
 mouetor, sed ad eum locū unde deluxatū est, propera,
 & cōfessim deprehēdes furtum aut violentiā. Exempli
 causa dico: Multi multa disseruerūt de sacerdotio Chri-
 sti, sed ut se eius sacerdotium facerent, & ad huius erro-
 ris robur adduxerūt, quod Hebr. 5. scriptum est: Omnis
 Pontifex ex hominibus sumptus, pro hominibus consti-
 tuitur. & alios multos ex cādem epistola. Verunt ame-
 cum causam proprius perspexeris, uidebis nō alias esse
 clauā, qua ista oīa argumenta cōminuere possis, quāne
 hanc epistolā, quam & diligenter uersari suadeo. Cum
 ergo ad dictū Hebr. 5. locū ueneris, palam inuenies, Pa-
 lum per similitudinem ueteris summi sacerdotis, Christi
 sacerdotium explicare: quod nō est sacrificiorū per iū-
 ces ordinatio, aut mortuorū succenturiatio: quomodo
 enī Christus esset sacerdos in æternum, secundū Pro-
 phete oraculū, si quis in eius locum succederet? Num. II.
 mortuus est, aut officio priuatus, ut ei suffici quemquā
 oporteat? In æternum aut̄ qm̄ sedeat, ad dexteram pa-
 tris, & peccata nostra una oblatione in cruce facta, in
 sempiternum deleat, nō eget ut quisquam eius uices ge-
 rat. Nemo enī uices eius potest gerere, qm̄ qui iustus
 pro iniustis moritur. Id autem nec esse nec facere qm̄
 præter filium Dei quisquam posse, impium est de offe-
 renti

rente sacerdotio quicq̄ loqui. Nō .n. loquimur de uerbi
 Ecclesiæq; ministris. Hi .n. dispensatores sunt mysterio=
 rū, hoc est arcanorū Dei, & nō sunt Christi sacerdotiū.
 hoc .n. aliud esse nō potest præter ipsum Christū in per=
 petuum pro nobis apud patrē satiſcientē. Iam precio
 sus est. Qd si quis etiā iſtud obijciat, quod in noua noui
 testamenti translatione Acto.13. habetur. Cum autem il
 li sacrificarent domino, sciat Græcis esse λΕΤΩΡΥΩ
 τωμ, que uox non minus significat ministrantibus, q̄
 sacrificantibus: neq; per omne nouū teſtamentū Græ=
 cis uſpiā, qum de cœna dominica agitur, adducitur. Vn
 de fit manifestū, qd hoc loci sacrificare non pro offerre
 aut uictimā cædere ponitur, sed pro uerbū administra
 re: nam frequēs est per Pauli epistolas λΕΤΩΡΥΩ pro
 ministris accipi, ut Heb.1. et λΕΤΩΡΥΩ pro uerbi mi
 nisterio, ut Philip.2. clarissime tamen explicat R.15. qd
 per translationem uerbi ministros, ueluti sacrificantes
 λΕΤΩΡΥΩ aut ſep̄ορυώ adpellet. Ut enim ueteres
 mystæ pecudes cædebāt in ſuauem odorem domino, ſic
 uerbi ministri beluinos homines in ueras hostias Dei
 conuertant. Sic enim ait: Audacius autem scripsi uo=br/>
 bis, ex parte, fratres, tanquam is qui uos admonet, per
 gratiam, que data est mihi à Deo, ut ſim λΕΤΩΡΥΩ,
 id est minister Iefu Christi in Gentes, administrans
 ſep̄ορυώ Euangeliū Dei, ut fiat oblatio Gentium
 accepta & ſanctificata ſpiritu sancto. His Pauli uer-

bis abunde patet, quid per liturgiam etiam Act. 13. i^mp
telligere debeamus. Verbum enim administrabant an-
xie, qui illic numerantur uiri, cum multa sobrietate:
nam aliqui ministerij uerbi istic nulla mentio fieret, qd
alienum est ab Apostolorum usu, qui uerbum unice pre-
dicabant.

Est ergo siue Eucharistia, siue Synaxis, siue cena do-
minica, nihil aliud, quam commemoration, qua ij qui se
Christi morte & sanguine firmiter credunt, patri re-
conciliatos esse, hanc uitalem mortem annunciant, hoc
est, laudant, gratulantur, & prædicant. Iam ergo sequi-
tur, quod qui ad hunc usum, aut festiuitatem conueniunt,
mortem domini cōmemoraturi, hoc est, annunciaturi,
sese unius corporis esse membra, sese unū panem esse,
ipso facto testentur: omnes enim qui Christo fidunt, u-
num corpus sunt, ut non uno loco Paulus testatur, præ-
sertim tamen supradicto. i. Cor. 10. capite. Qui ergo cū
Christianis cōmeat, quem mortem domini annunciant,
qui simul Symbolicum panem, aut carnem edit, is nimis
rum postea secundum Christi præscriptum uiuere de-
bet: nam experimentum dedit alijs, quod Christo fidat:
qui ergo eo fidunt, debent ambulare, sicut & ipse am-
bulauit. i. Ioan. 2. Hinc factum est, ut qui in isto pane cō-
municarent, sese mutuo ex cōmunicatione ista expelle-
rent, si quis impudentius aut scortaretur, aut biberet,
fœneraret, aut idola coleret, maledicuſ eſſet, aut ræ-
pax.

pax. Qui usus si nunquam ex Ecclesia Christi excessis= Germa= set, nō possent Christianorum tum uitæ tum conuersatio nus Euch= non esse optimæ. Vide ô pia mens, ut euanidi reddamur Christiæ usus dum sequimur adiumentiones nostras. Missis uoluimus Ecclesiæ omnes salutem consequi, qum tamen cæna dominica, necessari etiam iuxta ritum Christi peracta, cōmissa non expia= us ret, nam hoc solius Christi est: sed erat sacramentum, quod nos Christo addictos esse apud Ecclesiam testaba= tur: quod quidem testimonium, si non fideliter seruare= mus è fratribus confortio deturbaremur, quo Christia= na innocentia cōmodius seruari posset. Quid ergo fa=ctum est postea quām hanc uitæ regulā, Christianorūq; morum disciplinam in alium usum conuertimus? Hoc, quod omnes his oculis uidimus, quod etiam Turcis et Iudeis, qd'ad uitam adtinet, impudentiores facti sumus: nō enim apud eos tā crebra sunt adulteria, nō tot foene rādi uitæ et licetitiae, nō tā canina crapula, nō tā audax ra= pina, taceo fastū tā principū q̄ uulgi, bella ppetua, blasphemias impuras, uerba obscoena, mendacia, fraudes, circumscriptiones. Hanc uniuersam malorum lernam, an' non omnes missas audiendo, locando, aut legendo exhaucire sategimus? Hoc credo, nemo negabit, quod ad missam omnes cosigimus tanquam ad sacram anco= ram. Imò ad eam usq; insanīā deuenimus, ut panem ui= Falsa reli disce, salutare putaremus esse: neq; hoc cōtenti fuimus, gio. quod uidimus etiam adorauimus, oblii nostrorū ipso=

DE EUCHARISTIA

rum articulorum, ut uocant, quibus inter omnes tā nō
 tericos quām ueteres qui de hac re scripserunt, conser-
 sum est, quod ne pura Christi quidem humanitas ado-
 randa sit. Solus Deus adorandus est. Et deum nemo uis-
 dit unquam: quid ergo adoramus quod uidemus; quia
 solus Deus adorandus sit, & eum nunquam uiderimus;
 quō se hic uertent, qui Eucharistiam, ut uocant, adorā-
 dam esse docent? Quis unquam gratiarum actionem
 adorauit? quid enim gratiarum actio est, aut ubi est,
 aut quomodo est? nōne tum solum est, cum aguntur
 gratiae? Sic, quid synaxis est? Nihil hercle, quām congre-
 gatio, coagmentatio, aut celebritas. Quis uero hanc
 unquam adorare poterit? actio est & usus, qui tum est
 qum fit. Non secus sentiendum est de cāna dominica:
 tunc est cāna & gratiarū actio, qum editur cum an-
 nunciatione mortis Christi. An' etiam quisquam Apos-
 tolorum legitur cānam adorauisse, cum Christus hanc
 sui cōmemorationem institueret? Prob dolor animabus
 nostris, quē sic sunt errori addicte, ut uerear, qum etiā
 ueritatem ipsam ante oculos uideamus esse expositā,
 non tamen recipianus. Quò igitur tenet fides nostrā;
 aut quibus in rebus sita est? Nōne in deum tendit? quid
 ergo aduc cunctamur à ceremonijs mentes auellere?
 quib[us] in eas res ponimus, quò dominus non iussit?
 Nōne in hoc sita est salus nostra, qui saluator est omnium
 gentium?

gentium: quae igitur in pane cōmemoriali ipsam quae-
 rimus: quamvis porrò in hac sententia sim, ut hunc cō-
 memoracionis panem & calicem, non arbitrer citra
 omnem uerecundiam esse in Ecclesia tractandū, in quo Panis do-
 omnia cum decōro & honeste fieri debent. 1. Cor. 14. minicæ cæ
 Sed in peroratione plura. Nunc eos ueterum producere honeste
 cemus, qui, ut ex uerbis ipsorum clare uidebimus, non tractan-
 Corpoream carnem, imo nullam (quid enim refert sp̄i dus.
 ritualem carnem uocare, quod haud aliud esset, quam si
 aqueum ignem, aut ligneum ferrum diceret) in isto sive
 sacramento, sive pane Symbolico esse intellexerunt.
 Post autem eos, qui sic de carne tacent, ut manifeste pa-
 teat eos in eādem esse sententia, in qua nos sumus, sed
 hoc, ad quod hæc cæna instituta est, minime tacent. Vn-
 de apud istos longe alium usum Eucharistie suisse con-
 stabit, quam nobis Romani pontifices tradiderunt. Ter-
 tullianus aduersus Marcionē libro primo sic habet: Ille,
 deus scilicet, nec panem reprobavit, quo ipsum corpus
 suum repræsentat. Vide quam adperte dicat, pane cor-
 pus Christi repræsentari, nō quod aspectu panis cui us-
 libet Christi corpus repræsentetur, sed pane Symbolic-
 o, quo in annunciatione mortis dominice utebantur.
 Vnde & nos Symbolicum adpellauimus, quod simul et
 significat, & consignat. Augustinus, tametsi alibi aliter

de hoc loquatur, locis tamen duobus clare uidetur ex-
primere quid per corpus intellegat. Prior ad hanc Ter-
tulliani sententiam facit. Is est in praefatione Psalmeter-
cij, ubi de Christo & Iuda sic loquitur. Et in historia
noui Testamenti ipsius domini nostri tanta & tan mi-
randa patiētia, quod cum Iudam uidelicet, tam diu per-
tulit, tanquam bonum, cum eius cogitationes non igno-
raret. Cum adhibuit ad coniuvium, in quo corporis &
sanguinis sui figuram discipulis commendauit, & tra-
didit. Quām dilucidum est hoc, quod Augustinus hic lo-
quitur; Figurā corporis & sanguinis sui tradidisse di-
scipulis perhibet: at quomodo figuramē usum nimirum
huius symbolici panis, quo repræsentabatur & figura-
batur in cōmemoratione, sensibili signo & celebritate
mors domini. Vel quemadmodum Manna in ueteri Te-
stamento, futurum animæ panem Christum portende-
bat & figurabat: sic iste panis in memoriam reuocet,
corpus Christi pro nobis cæsum, & sanguinem effus-
sum. Idem in Ioānem tractatu. 27. manifeste carnem cor-
poream reiicit. Primū sic: Exposuit aut̄ modū attributio-
nis & doni sui, quomodo daret carnem suam manduca-
re, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit san-
guinem meum, in me manet, & ego in illo. Signū, quia
manducavit & bibit, aliquis scilicet, hoc est, si manet &
manet: si habitat & inhabitatur: si h̄eret, & nō de-
seratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis uer-
bis,

bis, ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant, plures non intelligendo, scandalizati sunt: non enim cogitabant hæc audiendo, nisi carnem quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & uerum dicit: Sapere secundum carnem mors est. Carnem dat nobis suam dominus manducare, & sapere secundum carnem, mors est. Cum de carne sua dicat, quia ibi est uita æterna. Ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem. Sicut in his uerbis. Multi itaque audientes, non ex inimicis, sed ex discipulis suis dixerunt: Dux est hic sermo, & quis potest eum audire? Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, ut dicceretur quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debebat face re, non aduersos. &c. His Augustini uerbis manifeste uideamus eum in hac sententia fuisse, ut Caro Christi ne spectanda quidem sit. Ut in eodem tractatu paulo post Augustinum adpertius declarat, sic inquiens: Si per carnem nobis nullum profuit Christus, quomodo caro non prodest quicquam? sed per carnem, spiritus aliquid pro salute nostra egit. Caro uas fuit quod habebat attende, non quod erat. Ecce iterum dicit non attendendum esse ad carnem quid nam esset: quia igitur nos solam hic carnem, quæ nihil prodest, spectamus.

Nunc ad eos accedemus, qui usum huius cibi sic expli-

cuerunt, ut planè uideamus non modo quod ad rem ad-
 sinet, sed quod ad usum, omnino aliud fuisse hoc sacra-
 mentum ueteribus. Vnde facile adducimur Augustinū
 præ alijs acuto perspicaciq; ingenio uirum, sua tempe-
 state non fuisse ausum diserte ueritatem proloqui, que
 iam casum magna parte dederat. Vdit omnino pius ho-
 mo, quid hoc sacramentum esset, & in quem usum es-
 set institutum, uerum inualuerat opinio de corporez
 carne. Primum igitur Originem adducimus duobus lo-
 cis ad hunc usum, quod is etiam tam in re quam in usu
 uidetur nobiscum sentire. Prior est. Homelia in Matt.^{25.}
 Super his uerbis, Vos decimā datis de menta, aneto, &
 cymino. &c. sic ergo inquit: Si autem oportet in eius-
 modi Euangelij uerbis, etiam moralem adsumere intel-
 lectum, sciendum est. quoniā sicut menta & Anetum,
 & Cynamum ciborum sunt conditura, non ipsi prin-
 cipales cibi: sic in conuersationibus nostris, quedam
 quidem sunt principalia & necessaria ad iustifica-
 tionem animarum, qualia sunt hæc grauia legis: Iude-
 cium, misericordia & fides. Alia autem, quasi condi-
 tia actus nostros, & commendantia eos, & suauio-
 res eos facientia, ut puta, abstinentia, risus, ieiunium,
 flexio genuum, permancio in collectis, assiduitas co-
 municationis & alia his similia, que non ipse iusticie
 sunt, sed conditiae iustiarum habentur. Ecce ut co-
 municationem, que apud ueteres crebrius fiebat, quād
 nostrā

nostira tempestate, inter levia et ceremonialia reiecit,
nunquam profecto sic facturus, si de corporea, quemad-
modum nos, carne tum sensisset tum gloriatus esset. Po-
sterior autem. In eundem Enangelistam Homelia. 35. su-
per his uerbis: Hoc est corpus meum. &c. ubi confessim
sic subdit: Panis iste, quem deus uerbum, corpus suum
fatetur esse, uerbum est nutritorium animarum. Ver-
bum, de Deo uerbo procedens: & panis, de pane coe-
lesti, qui positus est super mensam, de qua scriptum est.
Præparasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui
tribulant me. Et potus iste quem deus uerbum sanguis
nem suum fatetur, uerbum est potans & inebrians
præclare corda bibentium, qui est in poculo, de quo
scriptum est: Et poculum tuum inebrians, quam præ-
clarū est. Et est potus iste, generatio uitis uerae, quæ di-
cit: Ego sum uitis uera. Et est sanguis uiae illius, que
missa in torcular passionis protulit potum hunc. Sic et
panis est uerbum Christi factum de tritico illo, quod
cadens in terram bonam multū reddidit fructum. Cur
autem non dixit: Hic est panis noui testamenti, sicut di-
xit: Hic est sanguis noui testamenti? quoniam panis est panis est
uerbum iusticie, qua manducantes animæ nutriuntur. uerbum in
Potus autem est uerbum agnitionis Christi, secundū my-
steriū eius nativitatis & passionis. Quoniam ergo testa-
mētū dei in sanguine passionis Christi positū est ad nos, tēs animæ
ut credentes filiū dei natū, et passum secundū carnē salui nutriuntur.

efficiamur: non in iusticia, in qua sola sine fide passionis Christi salus esse non poterat, ideo tantum de calice dictum est: Hic est calyx testamenti. & c. longum est omnia huc describere. Videmus in his Origenis uerbis cum in hac fuisse sententia, quod res huius sacramentis sit fides, qua Christum credimus pro nobis perlatus: nam is sit anime cibus. Usum uero post, eodem loco explicat, sic dicens: Et semper Iesus his, qui secum per iter agunt festinatatem, accipiens panem a patre, gratias agit, & frangit, & dat discipulis secundum, quod unus quisque eorum capit accipere, & Dat, dicens: Accipite & manducate. Ecce, ut Festinatatem adpellat: hoc est celebrem ecclesie concursum, aut conuentione.

Deinde, quod Christus dicit, dare pro cuiuslibet capitulo, quod de corpore a carne nulla via potest intelligi, hoc enim eadem est secundum istos, apud omnes quibus datur: sed fidem & gratiarum actionem, cum non eadem mensura det omnibus, de ipsis loqui adparet. Videbuntur quae hic apud Origenem sequuntur, tenero eius lectori, prima facie non nihil speciei habere, quasi de corpore a carne loquatur, quem tamen nihil sit minus, ut proprius intuenti facile sit obuium, sed & quae postremo loco

Pascha in addit, manifestissime declarant, quae illi sit Eucharistia, Eucharistiā & quis eius usus, cum sic inquit: Deinde docebat discipulos, qui festinatatem celebrauerant cum magistro (Ecce festinatatem) & acceperant benedictionis panem, & manducauerant

& manduauerant corpus uerbi (uide, an sensibile
 corpus hic esse putauerit) & biberant calycem gra-
 tiarum actionis. &c. Ecce Eucharistiam, cōmemoratio-
 nem, celebritatem, aut annunciationem mortis domini.
 Hilarius Canone. o. ubi de ieiunio discipulorum Ioānis
 et Christi agit, sic loquitur: Quod uero præsente spōso
 ieiunandi necessitatēm discipulis non esse respondit,
 præsentie suæ gaudiū, & sacramentū sancti cibi edo-
 cet, quo nemo se præsente, id est, in conspectu mentis
 Christum continentis indigebit: ablato autem se, ieiuna-
 tuos esse dicit, quia omnes non credentes resurrexisse
 Christum, habituri nō essent cibum uitæ: in fide enim re-
 surrectionis sacramentum panis cœlestis accipitur: &
 quisquis sine Christo est, in uitæ cibi ieiunio relinque-
 tur. Intelligit hic Hilarius Christi mysterium esse animæ
 cibū, qui dum adsit, cuiq; ieiuniū abesse. uerū tamē qum
 ablatus sit, ieiunos futuros esse. Quibus ergo Christus
 resurrexerit, hoc est, qui Christo tribuunt, qd' ex mor-
 tuis resurrexerit, hi soli recte sacramentalē panem, qui
 huius cœlestis Symbolū sit, edant. Qui uero cōtra sine
 Christo sint, in uitæ cibi ieiunio relinquātur. Putat er-
 go Symbolū esse canā dominicā eorū, qui Christo fidāt,
 in quorū cordibus resurrexerit, hoc est, qui firmiter re-
 surrexisse credunt: nam qui resurrexisse credunt, Deū
 uerū credant oportet: qui uerū deū esse credunt, iā fie-
 ri nō potest, qui ipso fidāt. Dicit ergo uir grauissimus

In fide resurrectionis sacramentum panis coelestis accipitur. Canone uero tricesimo de Iuda sic dicit: Neq; sa-
nè bibere cum Deo poterat, qui non erat bibiturus in
regno. &cæt. Qui sermo etiā non nihil uidetur habere
quo discatur Hilariū non intellexisse in pane dominico
Christi corpus edi, quod in cruce pependit, aut in prese-
pi uagiuit, ut isti inquiunt: dicit enī cum Deo bibere, &
nō sanguinem bibere. Auget hanc de Hilario opinionē,
quod preterea nihil de cœna dominica loquitur, quam
serè ista paucula. Hieronymum in Sophoniam cap. 3. et
causa adduco, nō qd' multū ad hanc rem faciat, sed qd'
longe aliter de Eucharistia sentiat, quam Papa. Dicit
ergo: Sacerdotes quoq; qui Eucharistie seruiūt, & san-
guinem domini populis eius diuidunt, impie agunt in
Legem Christi: putantes ἐν χαρισματικῷ imprecantis fa-
cere uerba, non uitam: & necessariam esse tantum so-
lennem orationem, & non sacerdotum merita. &cæt.
Dicit primum, & sanguinem domini populis eius diui-
dunt, quibus haud obscurum fit, quod aduc Hieronymi
tempestate sacerdotes non soli ederent, sed concionitotē
admnistrarent: nec pane tantum, sed & calice uteren-
tur. Deinde dicit: Putantes εὐχαριστικῷ imprecantis fa-
cere uerba, non uitam. His uerbis manifeste nititur con-
tra Pontificum doctrinam, qui pessimis quibusq; nō de-
negant, quin Eucharistiam possint confidere. Contrata
men Hieronymus sentit, quamuis neque Hieronymus, ut
pace

pace omnū dicā qui iurati sunt ei, neq; Papare recte lo= quantur de cōfessione Eucharistiae. Postremo si per me= rita sacerdotū intelligit Legis opera, simul errat etiam cum Pontifice: quāvis Pontifex meritis sacerdotū nihil tribuat, sed solenni precationi. Si uero per merita intel ligit uitā Christianā ad fidē formatā, qd' illa faciant Eu charistam, recte sentit: nā Eucharistia est, qum noui per fidem & uitam in Christo homines simul cōgregati, au tori suo gratias agūt. Augustinus in Ioannē Tracta. s4. super his uerbis, Maiorem hac dilectionē nemo habet, quām ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Sic pa= lo post loquitur: Nimirū hoc est qd' legitur in Proverbijs Solo. Pro. 23. Si sederis cēnare ad mensam potentis, con siderans intellige, que adponuntur tibi, & sic mitte ma num tuam sciens, quia talia te oportet præparare. Nam que mensa est potētis, nisi unde sumitur corpus & san guis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere? Et quid est con siderare & intelligere que adponūtur tibi? nisi digne tantam gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manū, ut scias quia talia te oportet præparare, nisi quod iam dixi: quia sicut pronobis Christus animā suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere? Sic enim ait etiam apostolus Petrus: Christus pro nobis pas sus est, relinquens nobis exemplū, ut sequamur uestigia eius. etc. Ecce in quē usum dicat Augustinus nos corpus

¶ sanguinem Christi edere, in eum uidelicet, ut nos animam pro fratribus haud secus effundamus, quam Christus pro nobis fecit. Ne autem quisquam putet Augustinum per corpus & sanguinem corporeas istas res intelligere, adducemus & hoc quod superius Tractat^{u.} 26. dixerat, ad hunc modū: Deniq; iam exponit quo modo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem eius bibere. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem: licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit. ¶ C. Quid queso his uerbis potest dici clarius, aut adpertius? quid simul dici potest cautius? Nam cum dixisset, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus, mox ne patet hoc debere intelligi de carne Christi corporeæ, subiungit: Sacramētum corporis & sanguinis Christi. Hoc carnaliter esse edere intendens, quoniam sacramentaliter editur: sacramentaliter uero edere, esse aliud non potest quam signum aut symbolum edere. Rursus, ne quis putet leue esse quod dixit sacramentaliter edere, quia si hec

hæc māducatio eleuct Pauli uerba. i. Cor. ii. Qui man-
 ducat & babit indigne, iudicium sibi manducat & bi-
 bit. &c. Dicere enim quis posset, si solum sacramenta=
 liter edo, quomodo ergo possum reus fieri corporis &
 sanguinis domini & hanc ergo temere nascentem obie=
 ctionem retundit Augustinus, qum dicit: Sed magis tan=
 te rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bi=
 bit. Ecce primum, ut non dicat tantam rem, sed tantæ
 rei sacramētum. At cuius rei huius, quod per fidem in
 Christo sumus, ac ipse in nobis. Sibi ergo, ut postea cau=
 re & bibere, quicunq; sacramentum fidei in Christum
 solūmodo edant: sacramentū hoc porrò intendēs à nul=
 lo edi debere, quām qui Christo fidat. Idem libro. 3. de
 consensu Euangelistarum. cap. i. causam reddens, cur Io=
 annes de corpore & sanguine tacuerit, cum cænam ac
 pedum ablutionē describeret, sic inquit: Ioannes autē
 de corpore & sanguine domini hoc loco nihil dixit,
 sed planè alibi multò uberioris hinc dominum locutū es= se testatur. Comestione ergo Augustinus, quod ad rem
 ipsam adtinet, eandem hic putat necessariam esse, que
 Ioannis sexto capite tractatur: Ea uero est Euāgelij uer= bo fidem habere. Alter ergo, iuxta eius sententiam, nō
 edimus Christū, quām per fidem, cum illo fidimus tan= quam indubitate salutis pignore.

Hec ex grauiſſimis patrum attulimus, non quo rem

per se manifestā & uerbo dei firmā, humana uelut
 autoritate fulcire, sed quod imbecillioribus manifeſtū
 fiat nos non primos esse, qui hunc sensum proferamus,
 nec fortasse infirmissimum, deum enim testor, quod ad
 eius solius gloriam iam annis aliquot rem hanc cum
 multis doctis clām contuli, ad hunc usum quod nolle
 imprudēter quicquam ac temere in vulgum dissipare,
 quod turbā aliquam immanē dare posset: quanto uero
 cum pluribus contuli, tanto plures inueni, qui in hanc
 sententiam concederent. Viam igitur dominus ut ostē-
 deret, creberrime orauit, quares simpliciū iudicio mul-
 to maxima posset in cognitionem omnī uenire, quān-
 non sit tam ardua atq; putauimus omnes: ac rursus, qd'
 ad usum adtinet, nihil in Ecclesia sit cōmodius aut util-
 us futurum. Quid enim flagitijs omnibus se ne stram la-
 tius adperuit, quām quod impudenter delinquentes cō-
 municatione ista uon abstinimus? aut quid magis po-
 tuisset ad mutuum amorem, ac gratiam inuitare, quām
 trebro inculcatus auribus et animis Christus, pro mise-
 ris & hostibus sua spōte mortuus? Aut quomodo potui-
 set quēquā pudoris periculū magis ab adulterio, sceno-
 re, uanitate, elatione, fastu, auaricia, reliquisq; uitijis ar-
 cere, quām iterum atq; iterū illū adcubuisse, unde mul-
 ti fūssent eiecli multa cum ignominia: ubi quotidianas
 tantopere profuturū prospiciens, anxie, ut dixi, dominū
 orauit

traui, ut utam ostenderet, qua rem tam periculosam co-
sulte adgrediceremur: adfuit anxie petenti. Sic ergo tan-
dem deliberauimus usui esse futurum, si missa euerte-
tur: qua euersa, sperauimus etiam Eucharistiam sibi re-
stitui posse. Hic iam non uidebam, quod uehemetius pugna-
ret, quam Ioannis sexu caput. Vbi infractus ille Ada-
mas, Caro non prodest quicquam, Sic in suos colores ac me-
talla insertus est, ut quicquid infligas, infragilis stet: frā
ganturque citius omnia, quam uel plagula ei indant. Se-
cundūm huc locū, opportunissimus uisus est: Deum nemo
uidit unquam, Ioh. i. Hic uetebat quicquam adorari, quod
uideretur, aut sentiretur. Postremo, opus erat natuum
eius: Eucharistiae diconsum exponi, qui ubi iam intel-
lectus erat, efficiebat ut sua sponte uane spes et porten-
tose sententiae collaborerentur. Consilium hoc cum multis
communicauit: sed antequam uocium in herbam ue-
nisset, prodeunt libelli quidam nescio quid minax spi-
rantes: deinde non satis uirium aut lucis habentes, rem
non ea parte adoriuntur ubi uictoria potuisse obtine-
ri: sic ludit in humanis diuina potentia rebus. Quibus
inuiti coacti sumus sententiam hanc nostram prode-
re, multis undique fratribus ad iniusticiam usque exi-
gentibus. Deditusque Epistolam ad Euangelistam Rut-
tingensem hominem nobis de facie ignotum, quam
sic adiuratione ardua sepsimus, ne quisquam excuderet,
ut dei dono haud dum uiderim excusam, quamvis multi

sinceri in domino fratres uiderint. Hos autem Comitarios
 quum postea orfissimus, quid aliud, quam idem sentien-
 dum erat, quod in dicta Epistola sensisse: nam Comite-
 rios omnino praestare opus erat: promiseramus enim
 optimis doctissimisq; Galliarum uiris non paucis. Oras-
 das ab omni siue tumultuandi siue gloriæ studio manus
 eleuanus, ut si hæc sit mens institutionis sue, quam ex-
 posuimus, ut nobis etiam nūn ambiguitas poenitus nulla
 est, per eam gratiam, qua omne genus humanum est mi-
 fertus: ut omnium oculos adperiat, quo abominatione
 nem (abominationem enim maximam esse oportet, quum
 quod creatura est, dei loco habetur) que se in locu dei
 statuit, uniuersi cognoscant, ac adorare desinant. Cum
 enim solus deus adorandus sit, ex creatura prorsus nul-
 la, ita ut etiam Theologistæ negent puram humanitatæ
 tem Christi citra idolatriæ discrimen adorari posse:
 quomodo non est summa impietas panem adorari? Quid
 uero est, quod dicunt se pane non adorare, sed cor-
 pus Christi? an iam non creaturam adorat? ubi ergo sunt
 illorum decreta, quibus, ut diximus, humanitatæ uelant
 adorari? Sed iterum dicunt, Nos adoramus, atque etiam ediz-
 mus spirituale corpus Christi. Quid per deum optimum
 maximum est spirituale corpus Christi? an uspiam in scri-
 pturis repertum est aliud spirituale Christi corpus, quam
 aut Ecclesia; que admodum Ephes. 4. ex Colos. 1. habetur,
 aut

aut fides nostra, quæ & credit eū in cruce pœnas pro nobis dependisse, & per eū salutis certa est? Quis quæso eiusmodi uocibus, quas nullus capit intellectus, piamente oneramus? spiritualē corpus sic ab homine capitur, ut si dicas corpore amēs, aut carnē ratio. An nō spiritualiter edimus Christi corpus, cum ipsum credimus pro nobis cæsum, eoq; fidimus; an non spiritus & uita iam in nobis sunt? quid aduc uoces inconciliabiles copulamus, solum, ut longum istum contentionis funem neclamamus? Planè loquamur, spiritualiter edimus, qum per dei gratiam ad Christum uenimus. Spiritualiter ergo Christi corpus edere, quid porrò aliud esse potest, quam Christu fidere? quid noua cōmenta excogitamus, quæ ratione nulla constare possunt? Ego sum lux mundi, inquit Christus. Cum ergo lux sit, quis credet eum nos in huiusmodi tenebras detrusisse; quibus fides infirmatur citius, quam roberetur? Vera dicimus & comperta. Cum enim humana mens iam fide in deum per Christum tutā est, an non colophonem salutis obtinet? obtinet nimirū. Quid ergo putas in ea nasci, qum ad tam disparata, & ab omni intellectu abhorrentia cōpellitur nihil hercle, quam nutationē. Diccs, Edes omnia potest, atq; eam nisi habeas, saluari nequis. Respondemus: Hoc modo impositum esse omnibus: qui enim durā hanc sententiam tenent, hoc loci fidem tantopere exigūt, cui tamen alias haud multū tribuunt. Sic ferē faciunt, qui

ex sensu carnis, ut Ephes. 4. & Coloss. 2. loquitur Paulus, quicquid libet, adserunt: cum ita urges, ut aut se decideret aut præcipit arc cogantur, ad fidem cōfugiant: quia tamen si fidem haberent, nihil tale unquam potuissent adserere. Qui enim fidunt Christo, non esuriunt aut sitiunt quicquam aliud: iam enim eum cibū habent, quo animae refocillantur. Fidei ergo tribuunt, quod illa nec agnoscit, nec sibi acceptum ferri patitur: ut supra sat tis probatum est. Vnde ei haud mediocrem faciunt iniuriam, cum ei tribuunt, ipsa constare hanc corpoream Christi carnem. Atque hoc duplici nomine: primum, quod hanc corpoream carnem fide nostra dicunt constare, nam fides reclamat: necessariumque erit rem tantam, ut isti faciunt, seipsa consistere quam fide nostra. Nam fides in eas restendit, quæ sunt priusquam illis fidet. Carnem ergo ista fides nostra non potest facere: quod equidem non dixisse, nisi quidam essent, qui tam frigida fidei suffugia quererent, ut dicere audeat. Fide consistere hanc carnem. Quo quid ineptius dici potest? num enim fides nostra hoc efficere potest, ut panis sit caro? Verbo Dei solide hoc erat probandum, quo fides locum haberet, non fidei imponendum per vim. Secundo, sic fidei faciunt iniuriam, quod eam dicunt nos saluos facere: quod seipso quidem uerum est, sed hoc loci tam abest à uero quam à luce tenebræ. Prætendunt enim, quasi hec fides saluum faciat, quæ in hoc pane, aut hunc ipsum panem corpoream

corporeā carnem esse credat. Hoc aut̄ citra uerbi autoritatem dicitur, nusquam enim habetur: Amen Amen dico uobis, qd' qui credit se in isto pane meam corpoream carnem edere, is beatus erit. Quin & aliis error maximus sequeretur, uidelicet quod duæ essent fides ad sanctum proficue: una, qua fidimus Christo: altera, qua credemus panem istum esse carnē. Sic enī aiunt: Nisi credas sic rem habere, saluus fieri nō potes. Ecce quomodo in media luce, uolcs ac sciens humana ratio tenebras inventit, in quibus palparet, ac palpādo & inquiriendo acuminis gloriā apud simplices inueniret. Quid enim Scott ac Thome in peruestiganda cōmutatione panis & uini in corpus & sanguinē tam acris diligētia est, quam acuminis ostētatio? Medicos imitati sunt artis parū gnaros, qui, ut eruditī uideātur, pharmacis efficiūt, ut ad prae dictum ab ipsis momentū nouam accessionem alicuius aegritudinulæ experiaris, quam deinde amoliendo prodīs habeātur. An nō hoc, de quo nos agimus, huic simile esse uidentur? Tradiderunt isti primū, corporeā carnē Christū, ut in præsepi uagiuit, & ut cruenta in cruce pēdit, dicerēt saltē, quemadmodū post resurrectionē ianuis clavis ad discipulos penetravit, hic edi. Ac ne mali magistri uiderentur, mirabiles anfractus excogitarūt, quibus rem sic habere demonstrarent, ac stolidus mentes, que uere nunquam crediderunt, aut saltē quod uerum esset, perspicere detrectauerunt, quasi in Laby-

rintho circūduxerunt alias subinde figurās ostendendo, donec exitus curam omnem tollerent, qua magnā parte sublata, tyrānidem in eos, qui paulo attentius intrōspicere uolebant, exercuerunt. H̄ereticos uocarūt, qui quod uerum esset tradere perrexerunt. Quid multas postea quam hunc cōmunicationis panem, cēu mercem aliquā uendituri erant, opus habebant ut eum alii quid facerent, quod omnes maxime admirarentur, quo p̄cium argerent: cōperunt ergo panem carnem sācere, neglecto isto uerbo: Caro non prodest quicquam. Omnes ergo qui ista nostra legunt, per eam fidem, qua omnes salui reddimur, obsecro, ut non subito damnent uel abijcant quod audiunt, etiam si ipsis absurdissimū uideatur, sed dominum orent ut sibi ueram intelligenti lucem donet: qua quod uerum, rectum, sanctum est, intueri possint. Lēta est ueri facies, ac minime superecliosā, sed madubilabilis simul est. Quo fit, ut qui sibi sunt male consciū, constanter ac intrepide in illam non audeant intendere primo adspicere: qm uero iterum atq; iterum appetiendi ueluti gustum fecerint, iam incipiet non offendere. Det Deus Opt. Max. ut omnes discamus hanc tandem ueram esse religionem, qua mentes ipsi uni ac soli adh̄erent: solum imitantur: soli plācere cupiunt: à solius nutu pendent. Contra uero det, ut uideamus quod hæc elementa mūdi nihil meliores nos reddant: sed si nimium illistribuas, à uero Dei cul-
tu potius

tu potius abstrahant. Fit hoc modo, ut quæ hactenus
in cultum Dei Maozim, quem in loco sancto iuxta Da=
nielis uerbum.ii. uenerati sumus, quamvis ipsum igno=
remus: auro, argento, lapidibus, reliquisq; rebus pre=
ciosis expendimus, in usum pauperum, quo uere Chri=
stum colimus, conuertamus: Et mentes nostræ, quæ falsis
spebus hac illâ sunt hactenus iactatae, uni Deo per pi=
gnus æternum, filium scilicet eius adfigantur. Amen.

DE CONFESSIONE.

ITER AE ueræ sacræ Confessionē alia
ignorant, quām qua se homo cognouit,
et ad misericordiam Dei abiecit. iuxta
istud uerbum Prophetæ Psal.31. Dixi con=
fitebor aduersum me iniustiam meam domino, et tu
remisisti impictatem peccati mei. Ut ergo Deus solus
est qui peccata remittit, et mentem quietam facit, ita
soli debemus vulnerum nostrorum sanitatem acceptā
ferre, soli ad sanandū exponere. Quis enim uulnus un=
quam apud alium, quām apud medicum, uel apud eum
quem consilium profuturum dare posse sperabat, rete=
xit? Sic omnino habet confessio. Deus solus est qui men=
tibus nostris medetur: ei igitur soli uulnus adperiendū
est. Quod si medicum aduc non planè agnoscas, aut ubi
habitet ignores, iam nemo uerat uulnus apud prudentē
consultorem religes, oresq; ut consilium det. Is autem, si

uir prudens ac fidelis est, indubie ad eum medicum remittet, qui artis tam peritus est, ut consuere uulnus possit. Ediffero nūc parabolam. Is, cui medicus ignotus est, homo est qui gratiā per Christum recte non dū agnoscit, qui tamen, ut est conscientiae nemesis, molem qua de-
 primitur ponere querit. Gnarus ac fidelis consultor, uerbi Dei minister est, qui Samaritae in morem, uulneribus uinum infundit & oleum. Vinū, pœnitentiae acri-
 moniam significat, ad quam manuducit, qum hominem sibi ante oculos exponit, quo se agnoscere discat, ac nonnumquam renitentem etiam in hypocriseos cogni-
 tionem trahit: amara & acris res est te esse intus & in-
 cute pessimum: amarior autem, quod maliciam inficias
 ri nequis: amaris ma, cum te mortuum esse agnoscis, &
 spes tuæ destitutæ sunt. Hic iam effruescere uulnus in-
 cipit. Mox ergo debet uerbi minister oleum infundere,
 hoc est Christum, qui oleo laeticie præ omnibus est un-
 etus, id est, ostendere quantum gratiæ Deus nobis per
 ipsum impertiuenterit: quam ubi didicerit, teneri amplius
 nequit quo minus ad ipsum properet. Confessio igitur
 auricularis ista, nihil aliud est, quam consultatio, qua
 consilium accipimus ab eo, quem ad hunc usum Deus
 posuit, ut legem ex ore ipsius queramus, quo nam p.x
 Euāgelijs si eto possimus menti requiem parere. Ecce ergo Clas-
 tis est. ecce Euangelium, de quibus satis dictum est. Euangeli-
 zatus ergo te uerbi minister, tu uero qum Euangeli-
 zatus

zatus es, hoc est cū Christū recepisti, iam absolutus, ac li-
 beratus es ab onere peccatorū: quam tu alleviationē im-
 mente sentis, etiam si nullus pontifex concepta uerba
 super te imprecetur. Fabula sunt igitur, & nugae mere
 quæ Pontificij de clauibus polliciti sunt: his iunge au-
 dacium quorundā dogmata, qui perhibuerunt clauibus
 hominē certū fieri, qui nisi per fidem intus certus est,
 frustra dices liber es: non enim tuo uerbo ipsum potes
 magis certum reddere, quam muscam elephantū facere
 cū dixeris: Elephas es. Docere & exponere potes Euā-
 gelij rationem, sed frustra, nisi dominus intus docuerit:
 quot enim sunt, qui audiunt et nō recipiunt; quæ causa
 est, quod nō recipiunt? quod deus nō traxit: quam pri-
 num traxerit, ad cum transilient citratuā operā. Hanc
 fidei certitudinē, nisi quisq; habeat, frustra sencenties
 à sacerdote absoluatur, nunq; enim non desperatus &
 diffisus ab eo abibit. Quæ uero de confessione cōmenta
 sunt tradita, oceanus sunt, & cimmeriae tenebræ. Vn-
 de nihil est opere præcium ea confutare. Si enim quæ iā
 sublūgimus paucula, recte perspexeris, tutò per omnē
 scripturam nauigabis, quod ad confessionē adtinet, sic
 ut facile videas auricularis istius, qua hactenus usi su-
 mus, mentionem pœnitentia nullam in ea fieri. Confite- Confiteri.
 teri primum est laudare, gratiasq; agere domino: ut Cō
 fitemini domino quoniā bonus. &c. quæadmodū cecine-
 rūt filij Isræl Pharaone merso. Deinde cōfiteri est dñs

fidere, eum confiteri petram et refugium nostrum esse,
 ut Psal. 104. et 1. Ioan. 4. Quisquis confessus fuerit, quod
 Iesus est filius Dei. et cert. Post: Confiteri est agnosce-
 re quod tibi obijcitur, aut cuius aduersaris: sic qui pre-
 dicatione Ioannis compungebantur, agnoscabant sic
 habere quemadmodum ille docebat. Sic hodie confite-
 tur peccata sua, qui dum uerbum Dei audiunt, compun-
 guntur ut se agnoscant, ac protinus se ad medicum re-
 cipiunt. Postremo loco, confitemur peccata nostra, cum
 proximum aut doctum Scribam certiorem facimus oc-
 culti sceleris: quo aut simul nobiscum ueniam apud cae-
 lestem patrem deprecetur, aut consilium, quemadmodum
 est dictum, inueniat, quo posthac possimus male resul-
 re. De qua Confessione Iacobus 5. loquitus est: Confitemi-
 ni alterutrum peccata uestra, et orate pro uobis mu-
 tuò, ut saluemini: plurimum enim potest obsecratio ini-
 assidua. Quo loco nixi, hactenus auriculariam confessio-
 nem adseruerunt Pontificij: cum tamen Diuus Iacobus
 non de ista loquatur, sed de ea, quam quisque proximo fa-
 cit, cum internum aliquid, et hactenus absconditum
 uulnus ei adperit. Vnde ex isto loco nihil amplius ex-
 primi potest, quam ut quisque proximum conueniat, ut pro-
 suis secum delictis orare uelit: ac ut hoc intentius facia-
 at, exponit uulneris putorem. Breuiter satis confitetur
 qui Deo fudit, quemadmodum secundo loco dictum est:
 qui eum laudat, et gratias agit pro impensis beneficijs,
 quemadmodum

HVLDR. ZVING. COMMENTARIUS.

302

quemadmodū primo: qui peccata sua agnoscit, ac corā domino deplorat, ut tertio: qui assidue ueniā socijs fratribus orat, ut postremo dictum est: satis, inquam, confitetur, qui sic dispositus est, nec ullo sacerdote habet opus. Qui uero ad hunc modū non est doctus, profectō sacerdote maxime opus habet: sed quo? Non eo qui cīstae adulterinis clauib⁹ insidiatur, sed qui uerbo Dei tam miseriam quām gratiam agnoscere docet. Consultatio ergo est clancularis Confessio, claves Euangelij expositio: reliqua uenti sunt quæ Papistæ ganiunt. Sed sunt qui dicāt, multos multa designaturos esse flagitia, quām ad confessionem nō compellantur. His sic responde mus: Inexperti es̄tis, aut hypocritæ. Inexperti, qđ propter confessionem non didicistis, neminem ulli unquam percisse flagitio: sed contra potius, si pudor erat confiteri, percisse multos scimus, ut non confiterētur qđ perpetrauerant. Hypocritæ, quod nemo est qui ignoreat posse, quām audacter multa dissimulauerit, inō etiā iusticiam simulauerit illīc, ubi uideri uolebat se ex animo omnia prodidisse ac doluisse. Aduc tamen audiēmus defendere, quod nihil quām bonorum omnium circūscriptio fuit: nisi enim Dominus Sabaoth semen nobis reliquisset, hoc est Euangelij lucem postliminio reduxisset, actum fuisset de omnium bonis, laboribus, ac confessionibus. An nō Pontifex Ro. iam omnia regna sua esse dicebat? Ipsi uidimus Ro. Pontificis legatū Tiguri

DE SACRAMENTIS

adserentem, ædes quasdam Præposituræ, ut uocant, suas
esse. Crebro ergo cōfiteamur domino, crebro nouā uitā
ordianur: ac si minus quid constet, crebro prudentem
scribā adeamus, qui loculos nō spectet sed conscientiā.

De reliquis Sacramentis.

Confirmatio tunc sumpsit exordiū, qum uulgo co-
ptum est infantes tingi, qum apud priscos iī modo timi-
geretur, qui in uitæ dimicatione cōstituti essent: quan-
quam quid hoc erat; num mortis discrimē doctiores re-
rum Christianarum faciebat? sed imbibitus erat error,
qui baptismum existimabat post fidē peccata ablucere:
qui deinde, ut adsolet atrocius grassatus, ausus fuit in-
fantibus etiam salutem negare, quasi uero crudelior sit
Christus quam Moses: sub quo inter filios Israël cense-
bantur, qui circūcisi essent, aut oblationibus iniciati: cui
si Abrahā fide nondum imitarentur, nec enim poterat.

Extrema unctio, sic enī uocant, humanum ac ciui-
le officiū est. Vngebāt apostoli nōnunq̄ ægrotos, & be-
ne cōperunt habere, qui sinistro paulo ante uidebant
Marc.10. Hoc perpetuò seruandū esse monet Iacobus.
Inuisere uidelicet ægrotos, ubi si uis postulet, aut agri-
tudo ferat, qui prouectiore iam sunt ætate, malum de-
beant attractare, ungere, ac Deum ut liberet, orare.

Ordo sacer, quem perhibent animæ characterem
quendā, uelut ungue, infligere, humanū figmentum est.

Quod

Quod autē de impositione manuum ex Aelis, &c. i. Ti=mo. 4. adducunt, fruolum est. Exterior hæc consignatio fuit, qua eos notabat, in quos linguarū donum erat uen=turū, aut quos ad uerbi ministeriū erat emissuri. Quid hoc ad characteris signentū facilius funditio est, nō dignitas: episcopatus, hoc est uerbi ministeriū. Qui ergo admistrat uerbū, episcopus est: qui minus, tā nō est episcopus, quām nō est Cōsul uel magistratus qui nō fungitur.

Matrimonium.

Ad Matrimonium redire cogimur, quod superius, id quod in primis tractare debueramus, exciderat. Honorificares est connubium, ut inquit Apostolus Heb. 13. Quod igitur rem Dei etiam testimonio sanctam, piam, ac bonam quibusdam intercidimus? puta Sacerdotibus, Monachis, & Monachais, Episcopis, hoc est uerbi ministris: nam alij, quos ab equorum ornatu cogeris Episcopos fateri, ut diximus, Episcopi non sunt, sed potius Apostoli. Verbi ergo ministris, qui ab uxoribus interdicunt, hoc agunt, ut quod uerbis edificant, factis conuellant. Non est enim opus, ut hic de carnis concupiscentia quicquam dicamus: omnes enim experimur quām casti simus ac mundi: quod igitur uoluntarie scandalum accersimus in Ecclesiā Dei? quod ab uxoribus nusquam sit dei præcepto interdictum? Scimus omnes Matrimonium honestā rem esse, ut dicimus, quod igitur nolumus

ipsum uerbi ministro permettere? sed cū uideamus ite
firmum esse, malum cum totius Ecclesiae offensione,
et ignominia scortatorem ferre, quād legitimū ma
ritum. Et dicunt se quidam horrere omne ministerium
eius sacerdotis, qui uxorem habeat: non enim se posse
uidere in templo missantem, aut docentem sacerdotē,
et uxorem simul auscultantem et orantem: cum inten
tione scortum impudentissimum, nonnunquam etiam in
primis subsellijs sedens, citra omnem offensionem fe
rant. Importunari hoc loco liceret, non in stultos, sed
malignos homines: non est enim stulticæ, sed iniusticia
uox ista. Missa sic nihil est, ut etiam abominatio sit, atq;
ipse nescio, an missarum questus et negotiatio istud co
meruerit, ut tam turpes maculas (sic enim Petrus hoc
hominum Genus uocat) in Ecclesia sua deus tam diutus
lerit. Quir ergo missantem non uult uidere sacerdotē?
quia sic nobis, quod abominabile est, placet, ut nihil re
stum uel possit uel debeat placere. Missas exigimus,
missent ergo scortatores, qui ad hanc abominationem
sunt accommodatores, quād honesti mariti. Sed uerbum
administret in Ecclesia Dei maritus unius uxoris, ne
quum docet fratrem in negocio matrimonij non licere
circumuenire, ipse multas adesse uideat, quas adulterio
constuprauerit: conscientiaq; percussus, nec de suo, nec
de aliorū uicijs constanter loqui ac increpare audeat.
Verū tamen de conubio paulopost plura, cum ad uota
uentum

uentum crit. Hic interim hoc monebimus: Videris scilicet nobis hanc unam ac solam causam esse, cur connubium Episcopis nostris negemus, qum tamē ante omnia coniugatum querat Paulus in delectu suo. 1. Timoth. 3. Tit. 1. Quod adeò innumera sacerdotum ocio deditoru turba minari quiddam uidetur, si connubia ipsis iunge re liceat. Futurus est monachus aliquis cū fratre hæres repetet monacha hæreditatem aliò deuolutam: legetur hic sacerdos in sœnatorum ordinem, aut fortasse in magistratus subrogabitur: hæc est reuera nostro iudicio malignitas ista, qua sibi tamē aliud quam quod res est, prætexit. Qui fit autem, ut malis ipsis nō occurratur? an? Legi caueri non potest. Sacerdos in sœnatum ne legitorum que ubi lata erit, quid periculi ultra imminet? Sic alijs periculis quoq; posset commode occurri, ut hæc impudentis spurcicia e fideliū oculis ac medio tolleretur. Qd autem ad immodicum numerum adtinet, qur non simus in pace defungi, et sacerdotijs neminem ultra imponimus, sed ea bona cōvertimus in pauperum usum? presertim qum hi satis diu esurierint, illis interea satiris atq; ructantibus. Que quoq; aliquandiu turbā in oībus Christiani orbis regnis uspiam est orta, quam nō uel ipse R.O. Pontifex excitauerit; aut eius discipuli mitrati isti, & galeriti Cardinales & Episcopi? an non regum omnia cōsilia, fortunas, iudiciaq; moderātur? Vnde uerotanta potestas? ex diuitiis. Vnde autem illis diuitiæ?

Ex tot sacerdotijs, cēsib; decimis, alijsq; degrauatio-
nibus, quas citius desperes enumeratur, quām stellas.
In angustum ergo artandæ sunt illorum copiæ, sed ne-
quis queri possit cupiditate potius rem geri, quām rerū
diuinarū studio, ferendi sunt donec in pace defungan-
tur, ut diximus: si uero quidam, ut est pertinacia, pacia-
tum Reipub. aut regni statū potestate sua turbare per-
gunt, adimēdæ sunt illis plume, donec in altum euola-
Magistra re amplius nequeant. Verū heus tu: Quid audes? En ut
tus ne sint promptus es ad turbandum & rapiendum. Eos modo pre-
propensi mes, qui turbat: qui nō turbant, liberos relinques, ne ma-
ad rapien iorem turbā des: seruāda est illis fides, dūmodo ipsi ser-
dum. uant, ne consuetudine frangendi fidem ex hominibus in-
belias degeneremus. Heus et tu. Redi atq; rem ad finem
Priuati ne exaudi: Nemo priuatus hoc faciat, sic enim paulatim sic
temere ra-ret, ut quisq; quemlibet adoriretur, causam quāuis fu-
piant. tilem cōminiscens. Regi aut magistratui ista relinque di-
sponenda. Atq; Heus uos ipsi quoq; reges & magistratū
Reges tus. Quid in uestrū arariū ista resertis; nisi ultima tu-
quoque à endi populi necessitas cogeret: sic l̄ gem capite. Defun-
rapina tē etorū sacerdotia, monasteria, census, redditus, in aras
perent. rium pauperū, non uestrū redigite: que uero iſhi hacte-
nus impiæ extorserunt, remittite: alioqui potestas ue-
stra, & res magis quām unquam crescent, quibus hu-
milioꝝ aut benignior nemo redditur: fieretq; tandem ut
imperij grauitate uos ipſos exosiores faceretis, quām
unquam fuſſelis, si tanta rerum non eſſet accēſſio ſae-

sta. Est fortunæ comes inuidia, et quanto illa crescit tā= to ista simul gliscit. Hæc de abolēdo inutili sacerdotio, deq; eius bonis in pauperum usum conuertendis bre= uiter. Nullū enim Christiani habere debent sacerdotiū, quām Christi: is autem æternus sacerdos est, unde nem̄ nūm eius loco subrogatum oportet esse. Verbi uero mi= nistrī, Episcopi, hoc est uigiles, qui in grege domini ui= gilant, iuxta Pauli præscriptum debito honore dignan= di sunt. Hos ergo solos in Ecclesia dei aliquando habe= bimus, ubi intra annos ad summū quadraginta, quotquot 40. anno= nunc nobis naufragam pariunt & impatientiā, alio mū= rum curri grauerunt. Tanto tempore profecti sunt Israēlitæ ex culo absu= Acgypto in terram Chananeorū. Ferēdo igitur, & pa mī pape= tiendo non erimus eis, ut spero inferiores. sacerdo= tium.

DE VOTIS.

SVNT quædan uotorum generatā im= pia, tamq; stolidia, ut si quis sese regi reci Falsissima= piat mille hostium capita, saluum adpor religio. taturū. Inuenti sunt, qui demandatū nu= merū, aut operā præstiterint, David & Hercules: at ne= mo tā arrogans unq; fuit, ut se saluū cum tot capitibus rediturū polliceretur. Qum ergo castitatem, paupertatem, et obedientiam permittut quidā, vide q; nō ex sciētia quicq; fa= ciāt. Et zelus ipse, aut stolidus sit, aut simulatus. Ac pri= mo de castitate. Hæc negat Christus oībus, Mat. 19. nisi q; Castitatis bus data sit sup ne: qbus ergo data sit, ealice at uti. Impiu uotum,

ergo erit, et non minus inciule, quam si me amico pollicear totum annum ex eius marsupio uicturum, si ideo pollicear me daturum, quod ego ne habere quidem possum, nisi ipse dederit. An hoc non est amico polliceri, quod ex eius marsupio sis sumptus de promturus? Explicat diuinus Paulus. 1. Cor. 7. late et clare nodum huc de castimoniis. Sic inquiens: Si se non continent, nubant: præstat enim nubere quam uri. Veris ergo? nube: melius enim, ac rectius facis, dum faces impotentis libidinis nubendo extinguis, quam cum ardendo inquietam, ac spurcam mentem circuferis. Quousq; autem ferre debet, es simi omnino sunt ex omni mortalium numero, qui non se incen= urantur: atq; ego nescio, an unquam quisquam fuerit, nedum hodie sit, qui cupidinis ignes non senserit: porro, quantu quisq; ardeat, nemo nosse potest, quam cui cor da pernoscuntur. Cum ergo nemo nouerit, quid sit in homine, quam spiritus hominis, qui est in ipso, nemo tui iudex esse potest, quando nubere debes, quando coœlebs manere. Solus ergo tecum deliberabis, uxorem dieturus sis nec ne. Tunc autem duces, qum uidebis maximam cogitationum tuarum partem, huius ignis uehementia, cœu torrente rapi: cum timorem dei abiisci, cum amorem extingui, et orationem impediri. Sic enim colligere potes dicto capite Pauli. Qum enim sic dicatis: Ne fraudetis uos mutuo cloquitur autem de coiunctio= nis uiri

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIVS.

309

nis uiri foeminaeque subtractione) nisi forte ex consensu
ad tempus, ut uacatis orationi. Post iterum conuenite
in unum, ne tentet uos Satan propter incontinentiam
uestram: constat, quod ad euitandam Satanae tentatio-
nem, hoc est scortationis & adulterij contaminationem,
nubere liceat, similiter dum impediuntur orationes no-
stre: quantum autem quisque impediatur, nemo melius
nouit, quam qui sentit. Si ergo sentias, ut diximus, men-
tem ad Veneris mentionem uacillare, ut iam dicas: Si li-
ceat, libet: propendit nimis Caro, nec unquam quiescat,
donec, quod libet perpetrauerit. Ne ergo perpetuo ardor-
as, nube: melius est enim nubere, quam in uiri. Qui uberioris
hanc rem nosse cupiat, diligenter dictu caput excutiat.
Videmus igitur omnibus ex aequo dictum esse. Si non te
contines, nube: & Virgo si nubit, non peccat. Ex aequo
igitur omnibus licet connubia iungere. Nam quod de
uoto obijcitur, sic nullam uim habet infirmandi legem
Dei, ut etiam summa sit impietas ipsam prodere propter
traditiones nostras: ut Christus Iudeorum peritis & san-
ctulis oprobriauit. Mat. 15. Quare uos, inquiens, trans-
gredimini mandatum dei propter traditionem vestram? Ta-
ceo nunc, quam stultum sit istuc promittere, quod tuarum ui-
rium non est. Impia ergo sunt omnia Castitatis uota.
Quod de Nazareis quidam obijciunt. Num. 6. iam du-
dum exoletum est: multa enim præcepit dominus filius
Israël, quibus ipse nec egebat nec delectabatur: sed fieri

v iiij

DE VOTIS

sibi iubebat, ne dæmonijs fierent. ut fuerint uarij oblationum erat, ne Iudæi filios suos more cæterarum Gentium cuperent in aliquo peculiari uite instituto uiuere, subindeq; deuoueret. Tradidit ergo ipse institutum, quo contenti ad idololatras non deflecterent. Quod autem alii obijciunt: Redde altissimo uota tua, & Vouete & redite. Psal. 75. prodūt inscitiam suam, uidelicet quod nondum didicerint uota pro muneribus ablationibusque spontaneis in literis sacris accipi, non pro iure iurando aut dedicatione mentis: hanc enim requirebat lex: Diliges Dominum Deum tuum. & ceter. Sicut ergo abolitæ sunt oblationes, sic & uota: nam Neder Hebræis spontaneam oblationem significat, rei cuiuspiam ad offerendum sacerdotibus usitate. In uniuersum uidetur uota omnia in hec duo posse redigi. Vouem aut ista quæ dominus iubet, aut supra ista quæ dominus iubet, quædam uoluntarie. Qui ergo uouent quæ dominus præcipit, arroganter faciunt: sic enim prætendunt se impensius facturos quod dominus iubet, si uotum suum aut iusurandum addant, quam si solum dominum præceptum audiant: quod quid aliud est, quam extrema stulticia, & fidei infirmitas? Fidelem hominem oportet uoluntatis Dei studiosum esse, ideo quod Deus suis sic aut sic præcepit, non quod ipse sic aut sic factum recepit: qui enim hac causa his præceptis Dei studet,

dent, quæ ipsi uouerunt, seipso maioris faciunt quam
Deum. Inobediens est qui Consulis iussa non implet,
nisi prius promiserit se facturum. Facere enim debet
quisque quod Lex & Magistratus iubent citra uotum.
Si autem quedam alia uouemus, quam quæ lege Dei
comprehenduntur, frustra fit: nam frustra colunt me,
inquit Christus Matth. 15. docentes doctrinas, & præ-
cepta hominum. Et: Omnis plantatio, quam non plan-
tauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Ibidem. Quid
autem stultius est, quam noua quedam domino pollic-
ri, quasi quæ hactenus præcepta sint impleuerimus; &
pro auctario addamus liberaliter nostra quoq;? Quis
unquam uel hoc unum præceptum impleuit: Dilige
proximum tuum sicut te ipsum? Fit ergo manifestum,
quod dum sic queque uouemus, in ἐθελοθρήσκευτη
Pauli Coloss. 2. incidamus: quæ nihil aliud est quam
propria uoluntate adiuenta religio: quæ nihil est
quam hypocrisis, ac legis diuinæ contemptus. Nemo
enim aduc impleuit quæ dominus præcepit: qui ergo
noua singimus, qui diuina non attigimus? Aperte lo-
quar & uere: Hæc uota castitatis, paupertatis, & obe-
dientie fuga sunt, & declinatio legis diuinæ, ut iam
patebit, qum de paupertate & obedientia dixerimur.

Paupertatē quid attinet uouere? Christiana mens chri-
stiana nō est, nisi sit pauper. Beati enī pauperes spiritu.

Ex lege igitur debemus omnes esse pauperes: qui ergo non sunt, legi non obtemperant. Quid ergo ipsam uouent, quasi melius seruare deuoti possint, quam dei precepto obtemperantes? Quid si paupertate rerum, & aegestatem uouent, stulte iterum faciunt. Quid enim uoues quod in tua potestate non est? Primum, si diues es, non est opus ut paupertatem uoueras, sed ut iuxta Christi uerbum omnia uendas que possides, & des pauperibus. Hoc præcipit dominus: Quis tu uoues quod dominus præcipit? Si uero pauper es, quid paupertatem uoues, quam uelis nolis ferre cogēris? Quid si te deuoueras de formem futurum, cum ante a sis quam foueras? Deinde si Deus uelit te ditissimum esse, puta regem aut principem, sed in eum usum, ut quæ tibi commissa sint, fideliter dispenses: an tu paupertatem uouebis? Rursus cum tibi dominus diuitias negauerit, sed patientem dederit mentem ut latus feras, tu uero simul uoueras paupertatem, nonne uoto tuo citius adscripturus es, quod rem difficultim moderate feras quam gratia Dei? nam si gratia Dei omnia accepta ferres, nunquam uoueres, sed uotum.

Obedientiae ad illius te uoluntatem perpetuo comparares. Obedientiam autem debemus omnibus: nam si quis te ad mille passus adegerit, perge cum illo & alia duo millia. Matt. 5. Et caritas non querit sua, sed sedula est ut alijs profit. 1. Cor. 13. Et omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. Matth. 7.
Christi

Paupertatis uotum.

Obedientiae uotum.

HVLDRY. ZVIN. COMMENTARIVS.

313

Christi Ecclesia unum corpus est. R. o. 12. Hoc autem corpus ante omnia requirit, ut nulla membra dissentiant: qui ergo Christi Ecclesiae membra sunt, hoc ipso quod membra unius corporis sunt, debet sibi mutuo aut honeste praesse aut obtemperare. Quid opus est, ut tu obedientiam promittas, quam sic debes, ut nisi præstes, integratum sis iudicem habiturus? Quod uero quidam adeo fastuose intonat, quod. i. Reg. 15. scriptum est: Obedientia plus ualeat quam uictima, Breuiter respondemus: Ferre sic Dei uoluntate fieri, ut si quis uerbo eius pro sua libidine abuti uelit, seipsum uincat. Quemadmodum et hoc loco fit. Dixit Samuel ad Saul: Melior est enim obedientia quam uictimæ. Sed de qua obedientia loquitur et num de ea, qua se homo factio[n]i alicui adstringit? minime, sed qua Deo obtemperat, contra omnia consilia, quantumuis in speciem pulchra et bona sunt. Nam Saul iussus erat Amalechitarum omnia excindere, ille uero melius esse ratus, ne res inutiliter perirent, seruauit multas pecudes in holocaustum domino. Hic irascitur dominus, et dicit per os Prophetæ sui: Melius esse quod Dei uoci obtemperes quam tuo cōfilio. Obedientia igitur uictimæ præfertur, sed Dei obedientia. De qua iam satis dictum est quam necessaria sit ad salutem.

Nunc, ut promisimus, adperiemus, quod ista paupertatis, castitatis, et obedientiae uota fuga sunt, et declinatio legis, uolutatisq; diuinæ. Castitatem primum accipe.

V 2

Hanc uouent, que in sua potestate non est, & per eadē
 matrimonii cōtemnunt. Cumq; deberent operam dare
 creandis liberis & educandis, tuerintur se suis votis; sed
 uide quām belle, scortantur impudētius canibus: et si tu
 moneas, ut deserto monasterio nubant, quandoquidem
 cōtinentiam uideant sibi negari, mox respondent legē
 uoti teneri. Vide nunc, an' hoc non sit legem dei prode-
 re propter humānā traditionē? Taceo impura ista &
 spurca, que magna pars monasticorū clām designant li-
 bidinis impatientia. Ut planē cōstet illorū corda, et nō
 nūquam etiā corpora fœdioribus esse libidinibus con-
 spurcata, quām ea que in matrimonio degunt: imo sic
 esse impura, ut nec cum honestis matrimonij compara-
 ri possint. Verū quantūcunq; spurca sunt & fœda, pro-
 pter uotum suum legi Dei non obtemperat. Paupertas
 ipsorū sic non est paupertas, ut nusquam liceat diuitias
 cū maiore tranquillitate inuenire, quām in monasterijs.
 Si in urbe degas, ditissimus etiā curare cogēris multa,
 sursum deorsum currere, metuere, imbræ, grandinem,
 & reliqua tempestatum mala. Isti nostri horum nihil me-
 tuunt aut curant, sed citra sudorem & sanguinem oīa
 ipsis proueniunt, non laborant, non proscindunt uome-
 re terram cum tanen interim nihil phasidum, turdorū,
 leporū, caprearū, omne forum habeat: nihil salparum,
 solearū, murenarū, & anguillarū, quod ipsis nō adsera-
 tur. Vide quām magna res sit horum aegestatem ferre.
 Quid

Quid uestem cōmemorem? Hi me sic pellibus, lanis, &
 focis fuentur, ut nonnunquam inuiti cogantur sudare:
 estate sic Theristra sunt uento peruria, sic omne uestiuū
 pōdus ablatū, ut aēre uiūtitare posse credas. Obedientia
 uero sic habet, ut si parens egeat, opē ferre non liceat,
 etiā si omnem substantiā stulta expendit, ut hunc cuculū
 in istum nidū locaret. Si ægrotet, non licet per hanc obe-
 dientiam exire, morbū attrectare, alleuiare, auxiliari.
 Taceo reliquos pauperes. Dum magistratus iubent con-
 tribuere, immunes sunt: cū stationes distribuunt, obij-
 ciunt se Dei obsequijs mancipatos: agere ista nō posse.
 Quid multa, nihil commune habent cum laborantibus
 uiciniis ac ciuib: bella si ingruant, nō sub diuo, sed in=
 tra amoenissima habitacula secure stertunt. Ita ut Solo-
 mon in omni gloria sua huius mundi delicijs cum tanta
 trāquillitate frui nō potuerit. Nemini quicq̄ debet quām
 sibi, nemini prospiciūt quām sibi, & qd' oīm est peruer-
 sisimūm, quanto maiores opes cōgerunt, tanto sibi im-
 pēsius placēt: quanto obstinatius magistratui restiterint
 in ferendis cōmunib: oneribus, tanto magis suspici uo-
 lunt, ac oīm domini haberí. Adorātur, colūtur, ac Deo=
 rum loco habētur, nunquā uideas ut uetēt sibi fieri, qd'
 soli Deo præstandum est. Hæc sunt ista impia uota, que
 sibi, imò nobis etiam stolidis tam egregia uidentur. Pro-
 mittūt castitatē, sed cōtentī sunt promisſe, capris libi-
 dinosiores: Paupertatē, cū Regi ipsi plura desint q̄ istis:

236 DE DIVORVM INVOCATIONE.

Obedientiam, que inobedientia dei manifesta est, & ab omni Christiana charitate aliena. Christum ergo produnt, qui se his uotis mancipant, à lege dei desci-
scunt: nam suas sectantur diuinis contemptis & abie-
ctis: Humanitatem exiunt erga necessarios & proxim-
mos: quis enim crudelius ipsis imperat, quis audius re-
tinet sua, quam isti? Vnde neminem iam latèrē potest,
hoc uitæ Genus esse ab inimico homine, hoc est Sata-
na, ceu lolum tritico domini esse insertum. Mat. 13. Ca-
uerat hoc malum sollicite Paulus uigilantissimus Epi-
scopus. Act. 20. & Colos. secundo. Sed nos male circum-
speximus. Nunc autem, qum nobis oculos redaperuerit
Deus, ambulemus tanquam in luce. Eliminemus hac
omnia mala: sed ratione ac modo, ne posteriora frant
prioribus deteriora. Tantum de uotis, de quibus in co-
clusionibus nostris plura diximus, sed quantum ad Cō-
futationem eorum adtinet, satis allatum est scriptura-
rum & rationum ex eis deductarum.

DE DIVORVM. INVOCATIONE.

Duos inuocare adeò inualuerat apud o-
mnes, ut eā rem ab initio uererer difficult-
ter admitti. Sed frustra fuimus āxi: ut enī
primum fides radices iecit, attulit secum
tam claram ueritatis lucem, ut quotquot eam uiderint
omnes spes in quācunq; creaturā abiecerint. Hoc autē
dogma

dogma, quod diui non sint inuocandi, iam annis duobus
sic ubiq; uel in nostris libris si non alibi, perspectum est
ac receptum, ut minoribus hic possumus rem absolu= =
re quam res exigeret: si prius nunquam fuisse uenti= =
lata. Tractauimus nos eam in Archetele primum: de= =
inde in Conclusionibus: mox in Confutatione Canonis
missæ: postremo in Antibolo aduersus Emserum, ubi cū
in breuissima totam causam redegerimus, placuit eum
titulum ex integro hic inserere.

De Diuorum intercessione ex Antibolo
aduersus Emserum.

Cum de Diuorum intercessione scribis, adeò ie= =
munes, ne dicam stolidus, ut certò mihi persuadeam
te nostra, quæ angusta quidē sunt, quod alibi eam rem
essemus fuisus prosecuti, sed augusta quoq; quod præ= =
ter purum uerbi Dei sensum nihil resipiant, prorsus nō
intellexisse. Quamobrem & ea tibi ad breue redigā,
sed ita, ut quæ nunc breuiter damus, prioribus, quæ nul= =
lo modo poterant in breuiora concidi, non nihil lucis
allatura sint.

Solus Deus bonus est. Luce. 18.

I

Ab hoc ergo fonte uno & solo bonū deriuare oportet, quicquid eo indignum est. Omne datum enim optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Iacobi. i. cap.

II

Hac nota discernuntur fideles ab infidelibus, quod fideles ab uno & solo isto bono pendent, ei unice heret ad ipsum solum currunt, ex solo hauriunt. Infideles autem contra, a creatore sc ad creaturas conuentunt, ab eis pendent, opemque sperat. Deut. 32. Videte quod ego sum solus, & non sit aliud Deus, praeter me. Deus autem esse, non est aliud, quam summum bonum esse: summum bonum esse, non est aliud, quam D A I, hoc est, sufficientiam omnis boni esse. Bonum ergo illud se esse, Deus nobis proponit, quod omnis boni, opis, auxiliis nobis autor sit: & quod solus id boni sit, & quod non sit aliud Deus, hoc est bonus, et cuiusquam opis sens, praeter se. Alterius partis testimonium habes Hieremie. 2. Duo enim mala fecit populus meus: Me derelinquerunt fontem aquae uiuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non ualent aquas.

Fideles ergo soli sunt, qui se sic Dei esse sciunt, ut alium patrem ne nominent quidem, quam omnipotentem patrem: tantum abest, ut in alium spem habeant. Quorum enim adinbet patrem adpellare deum, cuius tu filius non sis; neque in eum ut patrem speres: praesertim cum ipse uetus ne patrem nobis uocemus in terris. Matth. 23. Ipse enim solus est, qui nos in spe quam in se habemus, securos reddit. Psal. 4. Quoniam tu domine solus in spe habitare fecisti me. Beatus enim est uir, cuius spes est nomen domini. Psal. 39. & contra: Maledictus qui confidit in homine,

HVLDRY. ZVING. COMMENTARIUS. 319

in homine, & ponit carnem brachium suum. Hierem.
27. Et à domino recedit cor eius. Porro à domino rece= dit, qui alibi, quād apud ipsum id boni querit, quo e= get. Nisi uero istuc non sit recedere, qum filius deserto uero patre, alium eligit ad quem configiat, cui erum= nus suas queratur, & ab eo auferat auxilium. At cœle= stis pater ita pater noster est, ut nos fecerit, creauerit, & in peculiarē populum elegerit. Deut. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & cre= auit te? Filii ergo sunt Dei, qui cum patris loco habent. Patris autem loco habent, qui unū hunc patrem agno= scunt, ab eo pendent, cum solum audiunt, ab eo solo omnia sperant.

V
Porro, quod citra cunctationem ad eum configere tutò liceat, apertissimis ubiq; uerbis ipse declarauit. Gen. 15. Abraham sic adfatur: Ego protector tuus sum, & merces magna nimis. Idem uerbi dictum puta omni= bus, qui cum Abrahā fideles sunt. Leui. 20. Ego domi= nus, qui sanctifico uos. Num. 35. Ego enī sum dominus, qui habito inter filios Israël. Psalm. 34. Salus tua ego sum. Isaiae. 43. Ego ego sum, qui deleo iniquitates tuae propter me. Ezechielis. 18. Quare moriemini domus Israël? quia nolo mortem morientis dicit do= minus Deus: Reuertimini & uiuite. Isaiae. 44. Me= mento horum Iacob & Israël, quoniam seruus meus es tu. &c. Deleui ut nubem iniquitates tuas, & quasi

320. DE DIVORVM INVOCATIONE

nebulā peccata tua: reuertere ad me, quoniam redemi
te. Item. 55. Omnes sitiētes uenite ad aquas. &c. Per to-
tum nihil aliud est, quām liberalis Dei ad se in uitatio.
Et Leuit. 26. gratiam pollicetur eis etiam, qui tantopere
offendissent, ut in captiuitatem sint abducti, si ad se cla-
mauerint. Atq; hæc pauca de instrumento ueteri suffi-
fiant. Nam quid aliud ubiq; agitur, quām ne populus
aliō, quām ad Deum uerum recurrat; spes suas ab eo nō
alienet; nullibi salutem inuenit uoram putet, quām apud
cœlestem patrem, qui tot tantaq; patribus fecerit bona.
Hoc enim cuiq; Deus est, quod sibi sufficere putat ad
præbendam cupitam rem.

VI

Totum autem nouum Testamentum quid aliud est,
quām solida certaq; gratiæ Dei confirmatio. Nam qui
filio suo non pepert, sed pro nobis omnibus tradidit
illum, quomodo negare aliquid poteris aut quomodo
nobis non omnia cum illo donabit? an hereditatem; an
gratiam negabit, qui filium dedit? ac tales filium, ut
ipse sit salus nostra. Iesus enim est, ut uia sit, ueritas &
uita. Qui in diebus carnis sue cum publicanis & pec-
catoribus hac gratia conuersabatur, ut mundo palam
faceret, quod uenisset ad inueniendam ouem perditam:
& ad uocandum ad se peccatores, neq; quemquam a-
uersaretur. Sic enim se se nobis exhibens, clamat: Venite
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & Ego re-
quiem uobis præstabo. Hic Filius Dei pignus nostre sa-
luis

H V L D. Z V N I G. COMMENTARIUS.

litis est: per ipsum erim accessum habemus ad Deum.
Nam ad patrem nemo uenit nisi per eum.Ioan.14.

Vnde non est ut sibi perfidia hoc prætexat. Evidet, VII
inquiens, non ignoro spem omnem mihi in Deo esse re-
positam, attamen patronis opus habeo, qui me summo-
isti Deo commendent. Ex uerbis enim suis facile iudica-
tur, que nam sit qua sic loquitur, nempe perfidia. Cum
ais: Scio omnem spem mihi esse repositam in Deo: quod
igitur ad eum in omnibus aduersitatibus non configiss^t
an^t pater non est; an^t frater filij eius non es; an^t auer-
sabitur pater, qui filium pro te dedit; an^t filius qui pro
te passus est, quiq; te fratrem adpellat? Ioan. 20. An^t
aliquid apertius ab eo desyderas audire, quam: Nemo
uenit ad patrem nisi per me? Adprehende omnium crea-
turarum coetum, & confiteri cogēris quod nihil eorum
ueniat ad patrem, nisi per filium. Nec est ut responsan-
do etiam perpetuò mihi dicas: Intercessoribus apud fi-
lium mihi opus est. Non enim uidere uis, quod in eum
usum ipse ad nos descendit, ut patesceret quam mini-
me esset inaccessus. An^t apertius aliquid dici potest ad
firmandam per illum in Deum spem; quam, Quicquid
petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis? Ioan.15.
In nomine meo inquit, non in nomine Abraham, &c^{cet}.
Vnus enim est mediator Dei & hominum, homo Chri-
stus Iesus. &c^{cet}. 1.Timo.2. Isto si tu nomine aliū quem=
cūq; tandem dignaberis, nonne in filium Dei cōtumelio-

sus eris? Quis enim mediator noster esse potest, quia in solus, qui Dei filius & homo est? An hoc non est filium Dei conculcare? Nam si tot tamquam varijs (ut vulgo perniciose creditum est) patronis aditus ad Deum patet, frustra igitur Christus mortuus est: non solus mediator est, non solus via, ad patrem uenire erit alia, quam per filium, fraudulenter dixit: Venite ad me omnes qui laboratis &c. Quod quam blasphemum sit, impium, ingratum, & perniciosum, nemo satis digne queat exequi.

Iam que vulgo in contrariū adducuntur, aut frivola sunt, aut carnalis sapientiae audacia huc torta. Frustra sunt, quae Emserus quiritur sic uociferans: Testatur hoc etiam (Diuos uidelicet pro nobis intercedere) tam Oriens quam Occidēs: nec natio sub ccelo est, quae non magnam partē in columnatis sue Diuorum precibus post deum acceptam ferat. Cui ego: Nunquid & Auster & Boreas? nūquid Troglodytæ cum Galactophagi? Nos scriptura sacra nitimur, iste uero nobis Orientem & Occidentem ogganim. Et paulo post omnium fermè Germaniæ cathedralium Ecclesiarū (ut uocat) tutelares Deos coaceruat, & miserrime fauorem auctoratur suo libello. Nunquam, inquiens, tam ingratis esse futuras istas Ecclesiās, ut credant Diuorum preces, & suffragia nihil apud Deum posse, quod tot, ac tanta beneficia ab eis acceperint. Hic primum ignorat Dei esse beneficia, quæ ipse creature adscribit. Quod ad perte

perte Petrus & Ioannes Act.3. docent, indignantes qđ
vulgus sibi restituti claudi uirtutem adscriberet, Iesu
Christi esse testantes. Quod & Christus ipse manifeste
docet: In nomine meo, inquiens, dæmonia ejicient. Non
dixit in nomine suo: sed in meo nomine, hoc est, in mea
uirtute. Deinde non uidet, quod si ad hunc modū ipsum
argutantem audiamus, multi senserunt Diui Nicolai
opem in fluctibus, ergo Nicolaus uelut Iouis, actutela-
ris Deus inuocādus est: non uidet, inquam, sequi, Apol-
lo & Aesculapius multos restituerunt incolumitati,
Castor & Pollux longe plures, quam illus Nicolaus
à naufragio liberarunt, si cultoribus ipsorum credi-
mus: ergo pro Iouis & diis auxiliatoribus inuocan-
di sunt. Quomodo Symmachus aliquando pro defen-
sione Deorum suorum quiritatus est, longè tum for-
tius, tum eruditius, quam hic noster: suadens, ut Qui-
rites ab eis Diis non deficerent, quorum opem domi
milia &c; nunquam non sensissent. Carnis sapien-
tia ad hunc usum torquere fuit ausa omnes scripturæ
locos, qui uel sanctorum uel intercessionum, & simi-
lium uerba haberent. Quorum magnū modū & in Cœclu-
sionibus & Canonis cōfutatione adseruimus in liberta-
tem: qua pp̄ter missis nūc eis, Emsero nostro duos modo,
qbus ipse maxime nisi uidetur, è manibus eripiemus. Le-
uavi oculos meos in mōtes, inquit, unde ueniet auxiliū
mihi. ac mox Cassiodorus et Bedas testes constituit,

qui sentiant montes esse Diuos. &c. Et non spectat in
fœlix quid continue sequatur, Auxilium meum à domi-
no, qui fecit cœlum & terram. Quid huius possunt sa-
cræ literæ, quod Cassi & Duri ex montibus Diuos fa-
ciunt? cum lippis pateat Prophetam hic non aliud tam
constanter agere, quam ut se Deo probet, quod auxi-
lium non speret aliunde sibi uenturum, quam ab eo qui
fecit cœlum & terram. Alius est: Memento Abraham,
Isaac, & Iacob. &c. ubi primo nō aduertit nullomodo
æquipollere. ô Deus, Memento Abraham, Isaac & Ia-
cob, quibus iurasti, & Abraham intercede pro nobis,
cum prius hoc Deo dicatur, ut in patrum gratiam filijs
Israël dignetur benefacere: posterius autem Abrahæ di-
ceretur, quod tamen nusquam in sacris literis inueni-
tur. Sed cum semper habeat contentio, quod obijcat,
ac tacere non possit, sic obstrepit. Cum uideamus Israë-
liticum populu ad dominum clamauisse in nomine pater-
rum suorum, nimirum & nobis idem licebit. Cui bre-
uiter hoc Petri Act. 4. respondebimus. Et non est in ali-
quo alio salus (de Christo autem loquitur) nec enim ali-
liud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo opor-
teat nos saluos fieri. Proinde Emsere hoc age: Deū opti-
mum maximū precare, ut sanam mentem tibi det, qua-
discas, quod sicut ab origine mundi inter perfidos ab-
iecti sunt, qui alibi opem, quam apud unū solumq; de-
um quererent. Rom. 1. Noluit enim Deus, ut poplite
utroque

utroque claudicaremus, quemadmodū per Heliam te= status est. Sic & hodie inter perfidos merito numerari, qui sibi alios ad succurrendum uocant, quam unū so= lumq; Deum. Qui & Græcis à θεῖ v dictus est, quod omnia moueri faciat, & ad omnia accurrat. Deus enim de propinquo est, non Deus à longinquo: qui prius etiā quam uoces, dicit: Ecce adsum. Et cum istud didiceris, iam tantus autor fias simplici populo dei, ut in Deum omnem cogitationē & spem iacent, quò ueri Dei cul= tores fiant, quantus fuisti preco, ut à Deo ad creaturas auocares: quò uerus apostola fuisti, aut quod uero similius est, incredulus. Quod ubi factum erit, iam tandem gratulabimur te in fidelium numerum à domino accen= sum. Nam quam diu in creaturis hæres, nondum adpre= bendisti unicum istum animæ sponsum, quem in Can= ticis sibi gratulatur adprehendisse: Tenui, inquiens, eum, nec dimittam. Sanctos & Diuos hactenus imitabe= ris, quatenus & ipsi Christi sunt, iuxta Pauli uerbum, imitatores. Et firmiter interim crede, quod ubi duo uel tres unanimiter aliquid super terram à domino postu= lauerint, ablaturi sint, imò quod quisq; in cubiculo suo solus petat, impetrat. Ac dum de precibus sanctorum lo= queris, aut de ipsorum caritate, caue de indigetibus, hoc est coeli iam ciuibus idem sentias, quod de peregrinis adhuc & exilibus: qua in re multos hodie uidemus er= rare. Cætera ex Conclusionibus nostris pete, aut ex Ca=

nonis Confutatione, & paterc, ut de hac re nunc uela colligamus, quo compendio ad finem uenire liceat.

Hactenus aduersus Emserum scripscreramus. Vidi-
mus interim libellum cuiusdā magni apud Gallos The-
ologi, si tanti emas, quanti se æstimat: quem diligenter
legere uertuerunt cum occupationes nostræ, tum huius
libelli autorisq; commiseratio. Sic enim ignorat infœ-
lix homo quid Deus sit, quid homo, quid fides, quid spes
quid diuus, quid peregrinus, quid aduocatus, quid me-
diator: Oia, ut si nunq; antehac fidē habuissimus, isti uer-
bo, Nemo uenit ad me, nisi pater traxerit illum: & isti,
Omnis qui audiuit à patre, ac didicit, uenit ad me, nunc
tamen cogerer uerissimum esse agnoscere: Qum tan-
tum Theogum uideam in manibus habere sacras lite-
ras: sed nō aliter, quam, ut dicitur, asinus fert mysteria.
Poenitet, Deum testor, nos eius laborum, quos non sensi-
mus. Sed quid me cōtristem? gaudet Simia suo partu nō
minus quam Pauo: Monuerat quidam è Gallijs boni do-
cti q; homines, ut nominatim cōtra ipsum scriberemus:
at ubi frater noster Osualdus Myconius librum, quod no-
bis in brevia redigere nō uacaret, diligenter percensuit,
capitāq; congesit, ridere ambo coacti sumus: sic enim
nusquā quicquā adparet solidū, ut autore cū libello ne-
gligendum esse duxerimus. Nescit infantissimus homo
sanctos non eandem rem esse cum diuis, quum sancti uo-
centur etiam, qui adhuc in humanis agunt, ut: Sanctis
qui

qui sunt Romæ Ignorat quid sit Ecclesia, & putat Ecclæ
eclæ autoritate constitui posse, ut sancti & inuocen-
tur & intercedant. Quid si Ecclesia aliquando decer-
nat, ut semel ad nos simul descendant? adeo in cœlis.
sic habet, quod Ecclesia ista pronunciat? Quod Moses
oravit, quod Abrahæ, alijs, huc torquet, ergo diui sunt
adorandi, cultum illis adornat, ut magistrum ceremo-
niarum fuisse dices. De diuis cœlitibus eodem modo
loquitur, quo de fraterculo quoque. Non discriminat
inter promissiones patrum, que omnes in Christū ten-
debat, ac uenturæ erant: & inter nostras, que simili-
liter in ipsum tendunt, sed iam præstæ, ac firmæ sunt.
Illi cogebantur crebro Deum eorum patrum monere,
quibus cum testamentum pepigerat, nos cum iam testa-
mento fruamur, opus non habemus, ut per quemquam
Deum obtestemur, quam per Christum: non enim est
aliud nomen sub Sole, in quo nos saluos fieri oporteat,
quam in nomine Christi. & ipse docet: Quicquid pe-
tieritis in nomine meo, dabit uobis. &c. Vbi uero ad-
uersariorum argumenta diluit, sic altero pede mergi-
tur, dum alterum emolitur, ut sudantem etiam, ac
omnia conantem, interire tamen seipsum cogat. Non
aliter placet sibi, quem Hieronymum sic argumen-
tantem inducit: Stephanus hic oravit, igitur in cœ-
lis quoq; orat, similiter de Paulo, quam si iam ipso cur-
rit triumphali ucheretur. Erruolum hoc tamen interim

non potens dissoluere, si hoc modo sequitur: Paulus hic orauit, ergo istic orat: sequetur & istud: Paulus hic scripsit epistolas, ergo illic scribit. Nam si nobis epistolas coelo demitteret, quibus maxima inter Theologos dissidia componi possent, non minus prodesset, quam si intercederet. Sed quid multis rideamus eum qui potius deplorandus sit? No habebit multis opus ad confutandam opinionem istam, qui fidem & uere habet & uera docet: nam fide discitur Diuoru hac in re neglectio, Verus di = discitur & uerus Diuorum cultus: qui tum recte coluntur, qum omnes firmiter ei Deo adhaeremus, cui & ipsi dum uiuerent, & adhaerebant, & adhaerendum esse alios quoq; docebant: qui enim fieret, ut qum aduc es- sent infirmi, sibi nihil arrogarent: nunc uero ab omni adfatu cum sint alienissimi, animum mutauerint; & cum prius ad unum ac solum Deum adducerent, nunc ad se consugi uelint? Nolo igitur amici mei ægre ferat, quod eis morem in cōuellēdo libello isto non gesserim, superuacaneū enim fuisset: nam fides, ut diximus, ipsa hunc errorem pœnitus eliminabit: quamuis que iste toto libello egit, his paucis contra Emserum, sic deiiciantur, si modo fideliter quis legat & expendat, ut latiora nemo desyderatus sit. Talis res est Deus, ut omnibus sufficiat. Tam benignus pater est ut nihil negat: Tam liberalis, ut auferri amet. Quos ergo nobis patronos paramus? Ignorat hos adulterinos prospectus

fides

fides. Vnde manifestissime patet, quod quicunq; aduc in
 creaturis hærent, uno, uero, soloq; Deo non nituntur:
 quæ ergo est illorum fides; an non satius fuisset tacuis
 se, quam prodidisse tam imprudenter perfidiam? Scio
 Hieronymos, Augustinos, alios, sed simul scio Christum
 & apostolos, quorū nemo quicquam tale unquam pro=
 didit. Quid autem est quod per uim scripturas hūc tor
 quent? aut ubi sensus allegoricus subest, quod eum ca=
 pere nolunt? Fides uno Deo nititur, uni hæret, uno fi=
 dit, in unum sperat, ad unum configit, apud unum se
 inuenturam certo cognouit quicquid opus illi sit. Det is
 qui corda ad se trahit, ut ei uni adhæreamus, & hypo=
 critis ista, que se pro pietate circūfert ex omnium ani=
 mis eliminetur. Amen.

DE MERITO.

 VM AVTEM ij qui Diuis spes suas
 manciparunt, ut plurimum eorum meritis
 nituntur: Cumq; in Ecclesia Dei haec tenus
 meritum non diuorum dico, sed impuden=
 tiſsimorum scortatorum diuēditum fit tanti, quanti in=
 dicare fuerunt ausi, proximum est, ut de Merito dica=
 mus. Diximus autem in superioribus ista quatuor cogn
 ta esse: Prudentiam, Prædestinationem, Liberum arbit
 riū, & Meritum: nō quod posteriora duo prioribus
 cognata sint, sed quod qui priora recte cognoverit, po

steriora quid nam sint, ignorare non possit. Est autem prudenteria prædestinationis ueluti parens, de qua in consideratione Dei quum pro viribus dictum sit, non est opus ut hic repetamus. Prudentem fecimus illic Deum rebus omnibus: omnes enim res per ipsum constant. Seruantur ergo ac disponuntur per ipsum omnia: quod autem mentes nostræ huc non pervenient, causa est ipsarum angustia, circumscripitione: quum tam non pauca sint, quibus probè consideratis, imaginem quandam diuinæ prouidentiae fabricari nobis ipsis possimus. è quibus unum ac præcipuum adducemus: ipsum hominem. Hic se ad rationis imperium cōponit, sic ut omnia membra ab eius nutu pendeant: uocò aut rationem, totam vim, qua homo decernit ac statuit, sic aut sic sese acturum: loquimur autem de actionibus externis, non de interna moderatione aut immutatione animi. Iubet pedes incedere, promouent: manum ardore admouere, parent: nusquam digitum admolitur citra rationem. Longe fortior ac certior est diuina prudenteria in circumagendo uniuerso mundo: nam si licet magna pars componere, hoc est Deus in mundo, qd' ratio in homine. Quum ergo uideamus rationē sic præsidere omnibus actionibus, motibus, ac reuictionibus, ut citra eius imperium nihil fieri uideamus: qui fit ut non eodem modo Dei prouidentia sic omnia geri ac disponi confiteamur, ut nihil citra ipsius voluntatem aut imperium fiat? Curiosi sumus, ueremur enim ne cogatur Deum

mur Deum esse malorum quoq; autorem cōfiteri. Vbi
interim haud diligenter hominem perspicimus: incidūt
enī nonnunquā in cū morbi & aegritudines, sed nisi in=
ciderent, totus extingueretur. Febre incēditur, abstinet
interim ab immodica crapula, et mox pristinæ ualetudi= nirestituitur. Laborat podagra, recepit hic tenuis ex
acer humor à uitalibus membris in extima: quod nisi fa=ctum esset, dudum fuisset extinctus homo: sic dum quæ=dam
fiunt, quorum causam & finem ignoramus, nolu= mus in eis diuinam prouidentiam agnoscere: quæ no= bis utitur, imò rebus cunctis pro sua libertate. Nec illi
turpe est quod nobis: quæ enim nobis turpia sunt, ex eo
prouenit, quod lex nobis imposta est. Lex autem hac
causa est posita, quod adfectus nostri modum excede= bant. Hi autē in Deo qum non sint, legi non est obno=xius, sed hoc ipsum est quod à nobis per legem exigit.
Vnde turpe apud illum non est, quod nobis turpe est.
Promiscua Venus belluarum, nobis etiam iudicibustur
pis non est, cum hominum sit turpisima: sed quæ nam
causa istas liberat, nos autem damnat? Lex. Sumus enī
intra cancellos matrimonij lege diuina coacti. Sic
Deo nihil potest turpe esse, quod tamen nobis non
potest non esse turpe. Ne ergo curiosi simus ac tui= midi, à Prouidentia Dei quadam liberantes, qua= si eam minime decentia. Quæ enim nobis turpie

Sunt, illi nō sunt: et quæ nos præciosa esse arbitramur,
alia parte proficia sunt. Nascitur autē prædestination,
quæ nihil aliud est, quam situ dicas præordinatio, ex
prudentia, inquit est ipsa prudentia: nam & Theologia
logi prudentiam à sapientia sic discriminant, quod il
la progredivit ad agendum & disponendum: hec autem
tem uideat, quid, quomodo agendum sit. A summo enim
bono alienū esset omnia nosse, priusquam fierent, nec
omnia disponere & ordinare posse: rursus omnia or
dinare, scire, & posse, nec tamē facere, illiberale, inquit
inuidiosum esset: quod de numine supremo suspicari
nefas est. Prudentia ergo dei simul tolluntur, & libe
rum arbitrium, & meritum: nam illa omnia disponen
te, quæ sunt partes nostræ, ut quicquam ex nobis ipsius
fieri possimus arbitrari? Cum autem omnia ipsius ope
rarentur, quomodo nos quicquam merebimur? Quod autem
omnia ipsius opera fiant, satis dictu est in eius co
sideratione. In ipso enim uiuimus, mouemur, & sumus
&c. Carnis tamen pondere semper factum est, ut non
omnes ad hanc mensuram cognitionis dei peruenient.
Vnde Paulus Colossensibus 1. cap. scribens, testatur se
perpetuò pro illis orare, ut augescat in cognitione dei.
Qui ergo ad eam non peruenient, de libero arbitrio
& merito multa tradiderunt: quæ deinde ab his qui ad
ipsam prudentiæ dei cognitionem penetraverant, nō
magni fiebant. Simultamen uidere est quosdam, qui
etiam

etiam in prouidentiae cognitionem uenerant, operum
merita magnificauisse: sed hoc iterum in usum eorum,
qui prouidentiam non clare cognoscebant, ne scilicet
scelerata tanta designarent: quales fuerūt prophetæ, qui
ad bona opera uehementer urgent, sed quos? male fi-
deles: postea quam enim fides, & iuxta Christi uerbū,
caritas refrixerant, noluerunt tamen diuini homines
glorie dei tranquillitatiq; publicæ uspiā deesse. Et quā-
uis ante omnia fidem ac timorem dei strenue inculca-
rent, perspecto tamen quod occæcasset eorum mentes
deus, ut ^{Isa. 45.}oud' ep 'uyj̄ie, de ipsis sperandū esset, operum
tamen simul prædicationem non intermisserunt: quam-
uis dei prouidentiam non ignorarent. Sic enim inquit
in domino dicent: Meæ sunt iusticiæ & impe-
rium. Sunt enim quidam adeò stupidæ, ut quicquid cla-
mes aut instes, deum tamen non alio, quām suo metian-
tur pede: cūq; se agnoscant omnia illiberaliter, hoc est
propter retributionem facere, induci non possūt, ut de
deo aliter statuant. Vnde & omnia putant Deum meri-
tis tribuere: & ubi ista non sint, frustra illius gratiam
sperari. Quorum imbecillitate, aut potius perfidia de-
us abutitur, & premij spe ad bona opera inuitat, ne in-
terim suis quicquam desit. Quod si mihi dicas: Cum dei
prouidentia cuncta fiant, cur non efficit, ut qui sic in
cognitione eius errant, ac subinde illiberaliter coacteq;

omnia faciunt, clarius illustrentur; quo cum perspicaciis
cibus videant, quod maxime spectandum est? Responde-
mus: Ad hunc abi, qui illos creauit, & rationem actionis
num eius ab illo ipso percontare: nos enim non sumus
ei à consilijs, nec priores dedimus, ut quicquā ab eo re-
poscere audeamus lege depositi. Nos scimus figulo po-
testatem esse, ex eodem luto facere aliud quidem uas ad
honorem, aliud autem ad contumeliam. Et cur Deo at
domino nostro dicemus: Cur fecisti me ad hūc modum?
Quod ergo nemo inficiatur: in sacris literis fermè plu-
ra esse, que operibus nostris tribuant meritum, quam
quæ negent, non est propterea sic statuendum, ut se-
questrium ritu, utriq; parti aliquid adimamus & alteri
addamus, quo pax inter meritum nostrum & gratiam
Dei, inter liberum arbitrium nostrum & prouidentiam
aut prædestinationem Dei confiat. Non enim est Deus
ut homo: sed hoc potius agendum est, quod egisse uidea-
mus diuinos homines, ut iam iam diximus. Cognitio
dei strenue inculcanda est, excitanda fides. Qua parte
si proficimus, prodibunt sua sponte è bona arbore opti-
mi fructus. Extinulandi simul pigri spe premiorum,
ac malorum metu, ne uspiam cesset opus Dei. Quod si
dicas dissensionem hinc orituram inter pios & mer-
cenarios. Respondemus: nullam prorsus esse futurā:
nam qui pijs sunt, non contendunt, sed ex charitate do-
cent: qui autem hac tempestate mox, ut unum pedente
latiles

latius promouerunt, quam uulgo fieri uideant profiliunt, ac omnes præ se contemnunt, tam non sunt pijs, quam ij, qui operibus nititur. Pietas omnia fert, omnia facit, & nusquam excidit εκπίστει. Tollerat igitur imbecillum, condolet infirmo uasi, non effertur aduersus sumigans linū. Qd si liceat hic quorundam hypocrisim protrahere, qui in uniuersum nihil quam eruditio= nem suam ostentant, nec ferre possunt, si quem se uideant eruditione anteuertere: offendremus quidem: sed simplicibus caueremus: ne ergo tumultuosulis istis felomne exulceremus, hac cōtentii sumus docēdi ratione, quam pauloante tradidimus. Modo simul istud obserue= mus, qd si quando uideamus dei etiā ore nobis tribui, quod nullius esse potest, quam dei, gratiā agnoscamus, qua ille tā effuse erganos utitur, ut nobis tribuat, quæ eius solius sūt: nō gloriemur, aut in cōtedēdi argumētū rapiamus. Nihil enim possumus cōtra ueritatē, & po= siti sumus ad ædificandū, non ad destruendū. Vita Chri= stiana innocentia est, ut sāpe iam diximus. At inno= centiam nullus ager fœlicius proferet, quam contem= ptus sui ipsius. Contemptus auten suipsius tanto est pinguior, quanto plus roris Diuinæ cognitionis imbiberit, quo enim quisque est Deo plenior, eo est se ipso inanior: qui ergo ex pietate, non inflan= te scientia, Dei prouidentiam recte agnoscunt & con= fitentur, nihil quam innocentiae student. Qui uero hāc

DE MERITO

uidam non recipiunt, simul debent lege, spe, metu extitulari, ut idem faciant quod piissimi quicq;. Atque istuc quibusdam minus videbitur esse circumspecte traditum, sed nos eorum iudicium huius faciemus, qum videamus hac via incessisse Prophetas, Christum, & Apostolos. Sed ne priori parti, que scilicet Providentiae omnida, Libero arbitrio, & Merito nihil tribuit, uspiam desimus, insimus & huc, que aduersus Emserū breuiter de Merito diximus, transponi. Sic enim occupationes cogunt.

Ex Antibolo aduersus Emserum, De
MERITO.

QVM ad locum de Merito uenisti, ipse ne digito quidem attregas, sed ad Roffensem quendam remittis: quem an homo sit, an fortasse Deus aliquis, ignoramus. Nam si de Merito aliter sentit atq; sacrae litterae, supra id, quod numen est, & habetur esse oportet: nam spiritu Dei imbuti, locuti sunt sancti Dei homines. Qd si Roffensis iste tuus uel meliora uel firmiora dedit, enī qui priora dedit, que nos secuti sumus, idubie superat. Hoc autem cum fieri nequeat, operam dare debuisti, ut quibus nos fidimus, subruerentur: & ubi sinistre uerbū Dei intelligimus, ad ueros fontes manuducere. Nam ut optimus quisque bene de Roffensi sentiat, nunquam tandem ad illum eramus relegandi, sed ad sacras litteras, quas Christus ipse scrutari iubet. Et diuiti cum Tantalo sicuti

sidenti sub Abraham persona dicit: Habent Mosen et prophetas, legant illos. Sic inquam tibi agendum erat, atque adeo quoniam brevibus id potuisses, quomodo nos hic facturi sumus. En tibi.

Nemo uenit ad patrem nisi per me, inquit ueritas
Ioan. 14. Nam eadem ueritas, est et uia et uita. Ergo nostris meritis non uenitur ad Deum, sed solo Christo.

Ioan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Ergo nostris uiribus nihil possumus, sed solis uiribus uitis. Quid igitur remur?

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Ergo merita nostra non tollunt peccata: nam si tolleret, Christus frustra est in celo esset missus. Quem hodus inter uepres haerens, et ab Abraham pro filio mactatus, significabat.

Matth. 19. Apud homines hoc, uidelicet saluum fieri, impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia. Ergo frustra merita nostra adornamus, si humana rum uirium non est, ut saluus sis.

Lucæ. 17. Sic et uos, cum feceritis omnia que precepimus sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. Si sumus inutiles serui, qui fieri potest, ut meritorum nostrorum sit aliquis usus? cum meriti merces tunc detur, cum utilles sumus.

DE MERITO

Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Ergo cum nihil possimus, nihil meremur.

Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Ibidem. Ergo non iungimur Deo nostris meritis, sed illius liberalitate.

Ioan. 9. Interrogatus Iesus cuius nam peccato factum esset, ut cæcus, quem paulopost uidentem reddidit, sic nascetur, respondit: Neque hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Ergo libera uoluntate Dei sic uel sic nascimur, uiuimus, degimus. Manifestat autem gloriam suam Deus secundum eandem uoluntatem, nec quisquam dicet: Cur fecisti me sic. Sed quandoquidem se hic adyta prouidetie diuina, quā aliter prædestinationē uocat, adperiūt, & nos ad alia festinamus, à Christi ad Pauli uerba trāsiliemus.

Ro. 11. Si autē ex operibus (sit scilicet electio) non anteplius est gratia uel donum. Ergo qui meritis nituntur, gratiam repudiant. Lege totam ad Romanos Epistolā, & ad Galatas totam, & uidebis quid meritū sit, quid gratia. Sed & si patribus (ut uideris) magis deditus es, quam uni patri cœlesti, Augustini librum lege de libero arbitrio & gratia.

Rom. 3. Galat. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis Caro coram illo. Cur igitur de merito tā multa?

Ibidem. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergo si omnes ita peccauimus, ut gloria Dei opus habeamus, & ille gloriam

riam suā gratis iustificādo nos, manifestauit, meritum
nihil quām detrimentosum commentum est.

¹.Corinth.15. Sicut in Adam omnes moriuntur &c.
Ergo in Adā omnes sumus mortui: qua uia igitur aliqd
uiuum, aut uita dignū operabimur? Sed in solo Christo
omnes uiuicabuntur. Ibidē, ergo nō in nostris meritis.

Galat.3. Scientes autē, quod nō iustificatur homo ex
operibus legis, nisi per fidē Iesu Christi. Si igitur facta
nos beatos non reddunt, cur meritū comminiscimur?

Ibi. Si enim per legem iusticia, ergo gratis Christus
est mortuus. Ergo si nostris meritis penetratur cœlum,
frustra Christus missus est, ut adperiret.

Galat.5. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustifica-
mini, à gratia excidistis. Ergo qui operibus n̄iuntur, à
Christo sunt alieni. Nam te puto satis intelligere, quod
in lege iustificari, non sit legem nosse aut legere, sed le- In lege in-
gem exprimere conari, ut iustus fias. Stultū enim esset, stificari.
Si quis tenore, aut sensu legis Paulum existimaret quē-
quam putare saluum fieri.

Philip.2. Deus enim est, qui operatur in uobis et uelle
et perficere. Deficiēt me omnia prius, carta, calamus,
tempus, quām testimonia, quibus luce clarius uidemus
nos sola gratia Dei, non nostris meritis felicitate do-
nari. Ea uero per Iesum Christū uberrime et effusa &
firmata est, ut de plenitudine eius nos oēs accipiamus.
Quod autem in contrariū multi loci, quibus meritum

adseri videatur, adduci possint, non inficiamur: sed ad
 eam semper configiendum est regulam, quod sicut
 eadē res & deo & nobis accepta feratur, eam semper
 sententiam sequamur, quae ad gloriam Dei spectat, &
 nomen eius sanctificans, illi omnia refert: non contra,
 istam que nobis aliquid tribuit: tametsi Deus per beni-
 ginitatem, qua nos nunquam destituit, nonnunquam no-
 bis tribuat, ut ministris et filiis suis, quae eius solius sunt,
 Nam & nos ipsius modo dono filij eius sumus, ut cum
 dicit: Qui uos recipit, me recipit. & c. Et: Quorum remiseritis
 peccata, remittuntur eis. Alijs innummeris etiam locis,
 nobis tribuit, quae nullius ne esse quidem possunt, quam
 eius. Quomodo & hic in meriti causa uidemus nostris
 operibus tribui, etiam ore Dei, quod illius est gratia:
 non hercle alia ratione, quam quae uel nunc est dicta,
 uidelicet illius benignitate: uel quod inter membra Christi
 semper sunt, quibus adhuc lacte opus est, qui non coa-
 festim hūc ueniunt, ut abnegatis scipsis, toti in Deum ra-
 piantur: ut iam non ipsi, sed Christus in eis uiuat, ut co-
 gnoscant se ne uiuere quidem, nisi quod Deus uita, ma-
 tus, actio rerum omnium est. Sed & hoc paulo uberiorius
 in conclusionib. & confutatione Canonis tractauimus.
 Quid uero de ijs operibus dicturi sumus, que iuxta
 hominum traditionem & doctrinam inuenta sunt sua
 eis fuerunt, aucupia, & ad emungendam pecuniam
 retia

retia. Omnia opera, pietatis aut carnis fructus sunt: nā
 si pius es, ex fide ijs rebus studes, quas fides dicitat. Qui
 enim fidem habet, deus in eo est & ipse in deo. At ne
 quisquā dicat, hoc caritatis est, quod tu fidei tribuis. Cō
 siderandum est, quod fides in scripturis sacris uarie ac-
 cipitur: primum pro credulitate: deinde pro firmitudi-
 ne: mox pro fiducia in Deum: & de ista sola debet in-
 telligi, quod fides saluum faciat. Qui uero iam nō in-
 telligunt fidem, spem & caritatem eandem rem esse,
 nempe hanc in deum fiduciam, multos nodos in scriptu-
 ra cogentur inexplicitos præterire. Id autē scripturis
 manifestum fiet. Spe salui facti sumus. R.o.s. Et R.o.4. fi-
 des credentire reputatur ad iusticiam. Si ergo spes saluū
 facit, & fides saluum facit, erunt eadem res fides &
 spes: nec quemquā moueat, siquādō aliter de spe, quam
 fide dicatur: illuc enim fides nō accipitur pro fiducia in
 deum, sed aut pro qualibet credulitate, aut pro firmi-
 tudine, aut ueritate. Caritas uero, deus ipse est. i. Io.4.
 & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo.
 lo. autem sexto: Qui manducat carnem meam, & bibit
 sanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Hoc est
 qui Christo fudit pro nobis passō, in Christo manet, et
 ipse in Christo. Ergo fidem & caritatem eandem rent
 esse oportet. Neq; hic quisquam miretur, uereaturq; à
 nobis, confundi tres istas uirtutes Theologicas. Nos sa-
 né hoc ex sacris literis didicimus, quod nisi quelibet

DE MERITO

harum uirtutum sit altera, planè nihil sit, nedum uirtus
 Fidem si de Christo habeas, nec in eum speres, nec reda-
 mes, ad nihilum ualet. Iaco. 1. Spem si te habere dicas in
 Deum, nec ames, mendacē te ipsum facis: nam si de Deo
 sic doctus es, ut meritō uideas in eum esse sperandū, sie-
 ri nequit ut summū esse bonū non agnoscas: si summū
 esse bonum agnoueris, fieri nequit, ut nō ames: si ames,
 nec speres, iam uerba das: nequit enim amare Deū, quā
 ē uox illa non fudit. Habet ergo humanū pectus Deo cōiunctū
 habet alia hoc est, pietas alia atq; alia nomina ab incremento. Et
 atque alia dem aliquādo accipimus pro credulitate, hanc intelligē
 nomina. di ordine sequitur spes, istam uero charitas: porrò deim
 dc tota ista humani cordis in Deum fiducia, fides inter-
 rim, interim autem spes et charitas appellatur: nec
 quicquam aliud est quam in Deum pietas, siue ames, spes
 res, aut fides. Hinc fit, ut quandoquidē tria hæc comple-
 citur una pietas, fides pro charitate, et spes pro fide
 accipientur. Quæ ex. 1. Cor. 13. hic obijci possent. Præci-
 pua uero inter hæc est charitas, facile quisq; diluat: et
 enī est absolutio, ut diximus, aductamen aliud nihil est
 quam ardens in domino cor. Attamen redeo ad id unde
 digressus sum. In quo ergo Deus est, is uicissim in Deo
 est: hinc nasci Deo dignos fructus oportet: sine enī ipso
 nihil possumus facere. Qum ergo bona opera fidei fru-
 ctus sunt, nimirū Dei sunt, nō nostra. Quid ergo pro eis
 repetemus quæ nostra nō sunt? Quanto minus exigere
 poterunt,

poterunt pro suis operibus, quae iuxta mundi elementa
 inuicta sunt & facta, ij qui seueri prodibāt, de angelō-
 rum uisione gloriantes, quā tamē nō uiderāt; Colos. 2.⁸
 Cōstat ergo quod qui pijs sunt, opera sua non cōst̄imant:
 nunquam ergo de mercede eorum digladiantur. Con-
 tra uero, quod qui cōst̄imant, impijs sunt: pius enim non
 est qui seipsum non ab negauit. Qui uero opera sua cōst̄i-
 mant, sese non abnegarunt, impij ergo sunt. Qum au-
 tem superius gnomonem dedissemus in consideratione
 legis, quo quisque experiri posset quid de lege aboli-
 tum esset, quid manisset: Per occupationum strepitum
 de ea tantum parte diximus, que ad secundum princi-
 pale praeceptum adtinet, quomodo uidelicet ea quae ad
 proximi dilectionem pertinent, semper durent: ac rura-
 sus quae sub prætextu legis de amore in oximum, exi-
 guntur, ab autore tamen non proficiuntur, abolita
 sint: obliiti interim, aut forsitan dixisse opinati fuimus,
 de abolitione legis, quantum ad cultum Dei adtinet. Est
 ergo considerandum, quod quemadmodum Christus di-
 xit: In his duobus præceptis tota lex p̄det & prophe-
 te. Mat. 22. Quæcūq; leges per istas explorātur, ac earū
 colorē seruāt, nūsq; sunt abolitæ, neq; unq; abolebūtur.
 Dum aut̄ quidam prodeunt: Nullatenus ergo abolendæ
 sunt ceremonie, nā regulātur per primū præceptū, Dili-
 ges dominū deū tuū ex toto corde tuo. &c. fūt enim cere-
 monie propter amorē dei. Respōdemus qd' ceremoniae

non sunt indicio quod Deum amemus, sed si uoluntati eius obtemperemus. Sic enim inquit Ioan. 14. Qui habet mandata mea, et seruat ea, is est qui diligit me. Dilectionis ergo Dei indubitatum signum est, si nos ad illius præcepta formemus. De ceremonijs hoc perpetuo sentiendum est: Frustra colunt me docētes doctrinas et præcepta hominum. Matt. 15. Dicunt ergo iterum: Hoc pacto fiet ut eas ceremonias amplectemur, quas in legge ueteri sibi fieri uoluit Deus, promulgatis etiam legibus. Respondemus: Eas ceremonias etiam ante Christū fuisse ore Dei contemptas et abiectas. ut patet Isaie. 1. Hierc. 6. Ezech. 20. Amos. 5. Sicut ergo Christus dixit, Io Vera Dei an. 15. In hoc clarificatus est pater, ut fructum plurimum adseratis, et efficiamini mei discipuli: sic omnes haud dubie debemus honori Dei incumbere: at quomodo honoramus, si solummodo sumus discipuli Christi? Quicquid sunt discipuli Christi, fructum plurimum adserent patri: quemadmodum et Christus fecit. Danda ergo opera ut simus Christi discipuli. Nunc autem discipuli est, ut fiat sicut magister eius. Si ergo Christi discipuli sumus, ambulabimus sicut et ipse ambulauit. 1. Ioan. 2. Christus autem omnibus beneficiendo, ac secundum ipsum tandem pro omnibus expendendo, patrem honorauit. Sic nimirum nostrae ceremoniae non aliæ erunt, quam quibus Christus est usus: ijs enī clarificatur Deus hoc est ut simus ueritatis ac innocentie studiosissimi: pat ratoresque

ratiōresq; ut nos pro fratribus exponamus, quām ut illos pro nobis conculcemus. Hoc est patrem in spiritu & ueritate adorare.

DE ORATIONE.

OC INTER omnia mirabile est, quod Oratio quoq; in quæstū abiit. Recte enim quām fecissent, qui dixerāt orationem esse mentis in Deum eleuationem: quid obsecro impudētius cogitari potuit, quām istam mentis cū Deo coniunctionem prostituere? Vnde uidere cogimur hypocrisim fuisse, nō mentis cum Deo ὅμηλία μ orationē, id est Col- quam accepto precio uendidimus. Opus est ergo, ut de loquim. oratione quoq; dicamus, posteaquam mētis deuotio au sa est se pro opere meritorio uēdere. Recte definierūt orationem esse eleuationem mentis in Deū, Augustinus, alij: nō quod ipsi dixerunt, sed quod clarioribus uerbis conati sunt exponere, qd' quisq; qui pius esset, sic habere sentiret. Dicemus igitur primo de adoratione, quod deinde clarum fiat unde ista oratiōis definitio profecta sit. Adorare Hebræis idem est quod colere. Schahab enim cultus est genuflexionis aut inclinationis. Sic etiā latinis hominibus adorare nonnunquam pro sufficere ac colere accipitur. De hac adoratiōe loquuntur Hebræi Exod. 20. cum nos dicimus, non adorabis ea, idola uideli- cet, neq; coles, cōmodius esset igitur: non coles ea, neq;

servies eis: sic enim ad uerbum interpretari potuissimus. Ne scilicet per adorationem intelligeremus mentis deuotionem. Est deinde adorare, mentem Deo, hoc est domino qui omnia posset, & patri qui uelit, deuouere. Hanc adorationem, mentis deuotionem, alligauerunt elemento huius modi, qui carnaliter erant Israëlit: iubebant enī Hierosolymis eam fieri, quēadmodum Christus querebatur Samaritis foemina, Io. 4. Quod hinc natum erat: Preceperat dominus, ut ter in anno omnes filij Israël ad templum aut tabernaculū conuenirent, que Hierosolymis fuerunt. Ea res plurimum compendij afferebat sacerdotibus: coepérunt ergo ad locum alligare suā traditione cōscientias, quo scilicet frequentius Hierosolyma ueniret: nam uacuis manibus, ut ipsi inter se pretabantur, non licebat in conspectu Dei adparere. Quoniam tamen hoc uerbum, Non adparebis in conspectu domini Dei tui uacuus (ut hoc quoq; in transcursum indecimus) iuxta Hebraicam ueritatem hunc sensum nō habeat: sed non adparebis frustra. Est autē sensus, quā si pigriam extimulet, ac dicat: Ne pigeat uos ad me uenire, non enim frustra uenietis. Sic Exod. 23. Et 34. quamuis: ut Deuter. 16. secundum nostram distinctionē legimus, uideātur haec uerba istum sensum habere: Non adparebis in conspectu domini Dei tui uacuus. Sed si Hebraicam distinctionem consulas, prorsus hunc sensum habent, quem iam tradidimus. Summarū enim avariciā resipuisset

resipisset, quod non liceret sine munere adparere. Ve
reor autem hanc natuam sententiam à Iudeorum sa-
cerdotibus perpetuo fuisse corruptam. Adorationem
ergo, ut est mentis deuotio, alligabant sacerdotes Hie-
rosolyma: id quod ex nostri, aut potius antichristi sa-
cerdotes hactenus fecerunt, in templo ubi spectamus
& spectamur, ad orandum invitantes, quo commode
possent istud inculcare: Non adparebis in conspectu do-
mini Dei tui uacuus: qum tamen Christus in cubicu-
lum abstrudat, quo mens libere possit apud Deum &
stus suos conserre. Libera tamen est adoratio, mentis
deuotio, nulli adstringi loco potest. Vnde neque hoc
quod Christus dixit, intra in cubiculum sic alligandum
est, ut nusquam nisi in cubiculo liceat orare. Vult enim
Paulus uiros in omni loco orare, modo leuet puras ma-
nus ad Deum. i. Timoth. secundo. Adparet ergo hanc
non minimam esse orationis partem, si leues puras ma-
nus: quod tamen aliud nihil est, quam innocentie stu-
dium. Christus ergo Ioan. quarto, adorationem acce-
pit (ut ad propositum descendamus) pro ipsa fidei &
pietatis in Deum cura custodiaq; qum inquit: Venit ho-
ra, & nunc est, qum ueri adoratores adorabunt pa-
trem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales requi-
rit, qui eum adorent. Deus spiritus est: & eos qui ado-
rant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Vide
quam arguta & clara sit haec siue adoratiois siue ora-

tionis expositio. Dicit deum esse spiritū, unde & eos, qui ipsum sint ueneraturi, non alia ratione id æquius possint aut debeant facere, quam ut mentem ei deuouerant: non iure iurando, quemadmodum exigebant olim monachi, sed assiduo caritatis incremento, ut in ea nihil subdolum remaneat: nihil ex ea prodire possit, quam quod sit uerissimum ac Deo simillimum. Hanc sententiam Cato maior, aut potius Deus per os eius quirivit liberis tradidit: Si Deus, inquiens, est animus, nobis ut carmina dicunt: Hic est præcipue tibi pura mente colendus. Qui ergo sic Deo mentem dediderunt & deuouerunt, ut ei unice hærent, unicum deum agnoscant, himimirum in spiritu iam adorant. Qum uero iam sic ei adiuncti sint, sequitur, ut & cum proximo ueritatem loquatur, quod in ueritate est adorare. Nisi maiis in ueritate adorare, accipere profic uere fideliterq; Deo adherere, ut nullum deum, hoc est auxiliatorem ac ueluti maritum, præter ipsum agnoscas. Oratio igitur hoc colloquium est, quod ex fide cum deo habes, tanquam cum patre, & tutissimo certissimoq; opitulatore. Est ergo oratio eleuatio mentis, non flatus aut uocis, in deū. Oratur igitur, qum mens Deo accedit, qum cū illo loquitur, qum ex fide syncera opem apud ipsum solum querit. Porro, quis unquam tibi pro bono ope re imputare queat, quod crebro ad te ueniat, nunc pecuniam, nunc uestem, cibum, consilium, opem oratum?

Q. 118

Quoniam ergo nostra ad deum oratio nihil aliud sit, quam
opus aliqua in re imploratio, quae pro meritorio opere
imputamus: quatenus autem adoratio, hoc est, mentis
adfixio ac fiducia est, nihil quam tue metis adfixio est:
quomodo ergo istam poteris alij accommodare? Potes
quidem ex fide in deum pro alio orare, sed fidei tuae
partem non cuiquam impartiri: fides enim eius solum-
modo est, qui fudit: neque opus est meritorium, quoniam ipsum
abusus opus adpellet Christus: sed propter eos, qui o-
peribus adhuc haerebant. Atque sic appellat opus, ut per
contrarium sensum dicere uelit, fide beatimini, nullo
opere. Adoratio ergo, siue oratio nihil aliud est, quam
certa in misericordiam dei fiducia. Ex qua deinde pro-
uenit, ut ad eam in omni causa uenias, ac obtestaris. Si
ergo proximi gratia ad eam recurris, fieri oportet aut
proximi amore, aut rerum eius. Si amore, iam impetrabis,
proximum enimamas Dei amore: si uero habendi
cupiditate, iam deum impiu facis, quasi non omnibus sit
expositus, et quasi personarum sit acceptor: dum enim
orationem tuam audiret, alterius autem aspernaretur,
enam non esset personarum acceptor? Deinde facis eum au-
ticie tuae collusorem: dum enim alij solummodo daret
posteaquam tibi preciu soluisset, an non esset ista collu-
sio? Entendu ergo est mercenari as istas preces cotume-
liam, non honorem dei esse: quid enim hoc honoris est,
quam obsecras, quam flagitas, quam quereris? Nam si sumus

pij, urit nos proximi malū, ut anxie pro illo ad dēū re-
curramus: si contra, istam erga proximū caritatem nō
habemus, frustra orabimus, etiam si sexcentos aurum me-
dimnos recipiamus ad orandum. Nescit igitur ueritas or-
tionem istam, quæ emolumenti gratia fit. Oramus autē
qum Deo spiritu adh̄eremus, ac uere adh̄eremus: sic,
ut qum quid malorum ingruat, ad unum ac solum cur-
ramus: nec aliter oremus eum amoliri, quod cōtristat,
quām si at uoluntas tua. Concidit hic omnis mercede
cōducta oratio, Psalmi, Cantiones, Missæ, Vigilie, nam
quicquid agimus citra charitatē, nihil prodest. i. Cor. 13.
At ubi preciū accipitur, processit ex cupiditate opus,
Falsa Re- non ex charitate. Vnde quicquid isti ogganniumt: Nos
accipimus mercedem, ad uictum tantum sufficientem,
ut oremus dum interim alijs non uacat per laborem:
et ex charitate oramus. Ite ergo et uos aliquando, et
agros colite, ac in nidis uestris eos, qui hactenus duri-
ter laborarunt uobis oscitantibus, refici finite. Vicis-
sim quiescamus et laboremus, nam et hoc charitas re-
quirit. Nunc uero qum ne adspicu quidem dignaris
templum aut Psalmum, nisi quia uenter cogit, simul ta-
men charitatem prætexis, constat te summū esse hypo-
critā. Charitas enim compatitur, adcurrit, leuat: tu ue-
ro horum nihil, sed quæ nibili sunt, omnia facis. Si orare
uis, si psallere citra precij spem, ores, aut psallas. Precij
enim spes cum charitate consistere nequit: nō possumus

Deo

Deo seruire et Mammoni, hoc est diuitijs. Nolumus hic
esse logiores, putamus enī religionis cognitione omni-
bus facile patere, conductas preces & psalmos tantum
prodeſſe, quantum ſi accepta mercede pro alio iuſtū te-
ſore ſpondeas. Et quod orant, etiam qui ſtuā manu te-
nent, dum omnipotentis Dei uim tam in ipſa tellure,
quām ſemine admirantur: ac colunt, dum eius liberali-
tati grati ſunt, etiam ſi uocem nunquam emittant: mens
enīm eſt, quæ orat. Quod autē priſcis illis temporibus
perſeueraanter orabant Christiani, ac ſimul orabant: po-
test & hodie in Eccleſia fieri, modo oretur: non cantu
laſciuia titilletur. Collectas igitur palam pronunciemus
in ea lingua, quæ uulgo capitur: ut ſimul omnes orēt in
xta prætoris uerba. Habeat tamē quælibet Eccleſia ſuī
morē: nō enim omnia omnibus conueniunt, ſed debent
omnia, qd' ad fontē adtrinet, ex eadē pietate proficiſci.
Ac quæ cōtra ex ipſa non proficiſcuntur, cum tranqui-
litate aboleri. Vide nūc, quid meritū ſit: Innocentiā de-
bemus domino: quam ſi etiā præſtaremus (qd' tamē fie-
ri nequit) aduc tamen ſerui inutiles eſſemus: filij ſumus
& hæredes, non ſerui: nō ergo pro mercede ſeruumus.

DE PVRGATORIO.



ES C it ſcriptura ſacra ignē iſtū purgato-
riū, quatenus de eo Theologi loquiſunt:
ſed non ignorat iſpum humana ratio.

Tantas enim hac falsa Purgatorij ignis opinione con-
 id est au- gesit opes, ut Croesi, Hyperborei, & Indiæ myrmecia
 rei formi- ijs comparata uilescant. Sic enim cogitauit humana ra-
 carum cu- tio, quemadmodū alicubi apud Origenem uidere licet:
 muli. Decedunt quidam hinc non summe mali, qui igitur isti
 in æterna supplicia detruderentur? Decedunt contra nō
 summe boni, qui ergo ijs subito in beatorum consortiū
 id estrati= admittentur? Habet hic Syllogismus nonnullā ueritā-
 ocinum. tis speciem, ac iuxta Pauli uerbum Colos. 2. rationem
 quandam sapientiae. Sed in εθελοθρητική, hoc est,
 in religione quae est humana uoluntate allata. Ceterum
 si ad uerbum Dei cōpares, iam euanescent, ut puluis ante
 faciem uenti. Hoc autem nisi fecerimus, à domino haud
 aliter deseremur, quām Israēlis aliquando populus suis
 consilijs permisus est, in quibus etiam periret. quemad-
 modū Psal. 80. David indicat, sic in persona Dei loquens:
 Et non audiuit populus meus uocem meam, & Israēl nō
 intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis
 eorum, ibunt in adiuventionibus suis. Quæ autem ma-
 ior audacia esse potest, quām ut cuncti tecum cogitare-
 ris, sic in alio mundo esse adserere? Audire debemus
 quid in nobis loquatur dominus Deus, non quid in no-
 bis inueniat audax ratio: quæ ut quicquam concinna-
 uit, quod omnibus speret uerisimile uideri futurum, subi-
 to prorumpit ut gloriam occupet. Hunc affectum de-
 bemus Gentibus relinquere. sicut lepide docuit Paulus
 Ephes. 4.

Ephe. 4. ad hunc modum. Hoc autem dico, testorq; in domino, ut ne post hac ambuletis, quo pacto reliquæ gentes ambulant in uanitate mentis suæ. Ecce ut uanitatem adpellet mentis nostræ cōfilia. Sequitur: Qui mente obscurati sunt, ac à uita Dei alienati, propter ignorationem quæ in eis est, propter cecitatem cordis eorum. et cæ. Non debemus igitur iuxta uiam mentis, consiliorumq; nostrorum ambulare. Quid ergo Purgatorium (sic enim obtinuit iam usus uocare præstigiosam in igne expiationem) ex Dei uerbo nusquam posset adseri, qui sit ut tam stolidi sumus, ut credamus tam frigidis, tamq; suspeclis mugis: cum uidelicet eos uideamus, qui Purgatoriū adserunt, simul cum docent quibus modis restinguiri debet, seipso exhibere pro operis. Iubent aurum dart, eo enim maxime infirmari hanc flammat: si qui ipsum accipiat, devote misset, oret, psallat: et simul manū exporrigit ad aurum. Quin sumus non minus callidi, quam Luciani Timon: qui Philosophum, nescio quem adeò belle cum ligone accepit, quod suaderet aurum, quod iam inuenierat Timon, in mare abiiceret, sed non nimis longe à littore. Quod cōfiliū haud dubie haberet noctuistic colligendi ac auferendi. Simillima res est Purgatorium, fictis quibsdam pharmacis, quæ à circulatori bus circuferuntur. Ascendunt tabulam in medio foro, ac ægritudinem aliquam aut morbum late omnia uastare perhibent, seseq; eo laborasse: sed Deorum dono factū

DE PURGATORIO

esse, ut invita etiā peste cōualuerint: sed eius pharmaci
 beneficio, quod hic oculis omnū expositū sit. Addunt:
 Neq; morbū longe abesse, iam enī in cōfinijs grassari.
 Ecce ut hic morbi opinionē ac paurore ante omnia gene-
 rāt, mox remedii pollicentes: sic qui purgatoriū adse-
 ruerūt, quos, bone Deus, carceres, colubros, ignes, que
 flumina, ignem, sulphur, naphtham, aut candēs ferrum
 uehentia, intonarūt; quas poētarum fabulas nō supera-
 runt? Ad que stolidæ mentes non aliter stupebāt, quam
 qum inopinatus, sed crudelis hostis renunciatur ante
 moenia adesse, villas incēdere, colonos trucidare, ac oīa
 perdere. Stabat attoniti trunci ad has rugas non aliter
 quam si iam sentire mala uiderentur. Sed præsens erat
 remedii, quāuis care nimis inter initia indicaretur (sic
 enī ante omnia erat opus factu) quo in diuitum marsu-
 pia primum irrūperet. Animā liberatus es? aureo
 nummo id obtinebis. Qum uero iam locupletibus istis
 animæ essent è loculis emissæ, iam ad animulas tenuiū
 ibatur: sed tali prætextu, ne ditibus istis ulla suspicio lu-
 dibrij nasceretur. Obtēdebatur misericordiā Dei nemī
 ni debere negari: unde et pauperculis istis licere nō mi-
 nus quam diuitibus animas ex purgatorio (hoc erat pe-
 cuniolam ex marsupio) liberare: sed ea lege, ne se quis
 quam pauperē esse dicat, quo rem tantam uilius cōpae-
 rare possit: hoc enī pacto noceri potius animæ, quam
 succurri: atq; ut quisq; det quantū possit. His tam apertis
 nugis

nugis an nō summis, infimis os obleuerūt? Quis quæso tam insipies est, ut nō uideat tantā cæcitatē sic grassari non potuisse, ni dominus eam propter incredulitatē nostram inflixisset? Cū igitur oculos iam receperimus, ut plane cognoscamus, qd' qui Christo fidūt, filij Dei sunt, & in iudiciū nō uenūt: ne ultratā fatuis cōmentis tene ri nos patiamur. Ostendemus ergo certos quosdā locos, quibus cōstabit purgatorium ne esse quidem posse, tam abest ut sit. Atq; hoc iterum ex Antibolo in Emserum.

Ex Antibolo Zuinglij aduersus Emserum
de PURGATORIO.

MIRATVS es haud aliter, quam si equi soleā inuenisses (ut nostrate proverbio in aliena lingua liceat uti) quod Purgatorium his Christi uerbis reiūcimus: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit. Tam & si nihil potētius adferri queat ad prodendū auarissimade purgatorio figmenta horū, qui quæstum pietatē esse putant. Nā his uerbis ante omnia aperitur qua uia salus misericordiæ ueniat, fide scilicet: quod si fide, non ergo ex operibus. Ecce ecce ut subito Purgatorium euancrit: id enim ad sarcendum, quod nostris operibus defuisse, effinxerant: at illis non itur ad Deum, sed inde Relinquitur ergo, quod:

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, nō qui igne lustratorio assus fuerit. Fieri enim oportet, ut

quotquot moriātur, aut in fide Christi hinc decedant,
aut citra eam fidem. Si in fide hinc migrant, salui sunt.
sic enim ait: Qui crediderit saluus erit: si in incredulia
tate, damnati sunt. ait enim ē diuerso: Qui non credi-
derit, condemnabitur.

Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unige-
nitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat,
sed habeat uitam æternam. Non enim misit Deus filium
suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur
mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur:
Qui autē non credit, iam iudicatus est: quia non credi-
dit in nomine unigeniti filij Dei. Vides primo, filiu[m] da-
tum, ut qui credat in eum, habeat uitam æternam. Dea-
inde, uides uitā æternam esse secuturam: at æterna nō
esset, quæ longo tempore in purgatorio igne luctuose
exanlaretur. Tertio loco uides mundum saluari per
Christum. Quarto, quod qui in eum credit, non iudica-
tur: at qui in purgatorium retruderetur, certè iudica-
retur. Adpensis enim cōmissis. Ro. Pontifices ceu Minos
aut Rhadamanthus in Cocytum abiecerunt, aut ad for-
tunatas insulas ablegarunt. Quinto, quod qui nō cre-
dit, iam iudicatus est: quod gratia uirtuteq[ue] Christi nō
est nixus. Firmissimum igitur, hoc est, quod aut fideles
hinc decedimus, aut infideles. &c.

Ac ne in mora periculum quis sufficeretur (ut dici so-
let) audiamus, quid rursum ueritas dicat. Ioan. 5. Amen

Amen

Amen (uide iuriandum) dico uobis, quod qui uerbum
meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æ=
ternam: & in iudicium non uenit, sed transiit à morte
in uitam. Porro, quid tandem est iudicare, si purgato=
rio igni addicere, non est iudicare? Qui ergo Christo
fidunt, à morte transeunt: imò transferunt in uitam, non
temporariam, sed æternam.

Et figuratus iste diues, qui Lazarum in sinu Abra=
ham uidet, his uerbis ad desperationem adigitur: Ingēs
hiatus inter nos & uos est, ut neutri ad alios transmea=
re possint. ex c. At illic loquitur de corpore solutis. Nec
plures quam duos fines ponit: quorum alterum Lazari
persona adumbrat, alterum diuitis. Qui ergo hinc a=
beunt, aut portantur ab angelis in cœlestia palatia: &
ad illos qui alibi sunt, descendere non possunt: aut ad
inferos trudūtur, & ascendere nunquā dabitur. Quis
igitur tantopere digladiamur, cum ueritas dicat, hos
non posse ascendere, illos non descendere? An' nostrum
est in alio mundo ergastula, carceres, compedes, ignes,
frigora, fames, & alia tormenta condere? Quis igitur
his fragmentis miser as conscientias seducimus?

Roma. s. Perhibet Paulus, nihil damnationis mane= re hos, qui sunt in Christo Iesu. Ergo si in Christo Iesu
firmi & immoti persistemus usq; in finem, salui eri= mus. Matth. 24,

Latro eodem die quo consors poenæ, codæ & gaudij

gloriæq; Christi sodalis fuit: Vbi hic flagra, & reliqua
mala pertulit? aut iniquus est Deus, ut facta uerbis non
æquet? quem uidemus tam ex amissi in latrone imple-
uisse. In iudicium non uenit, sed trāsijt à morte in uitam.

De dormientibus uetat Paulus nos esse sollicitos.^{1.}
Theſſal. 4. tanquam ſpem nullam habeamus futuræ ui-
tæ, quomodo Gentes nihil ſpei habent. Quod si purga-
torium eſſet, contristari proculdubio docuiſſet pro eis,
quos tam misere adſligi cruciatibus ſciremus. Qum er-
go in mortuorum mentionē inciderit, neq; id ſolum, ſed
etiam in curæ ipſorum sermonem, & de purgatorio ta-
menne tantillum quidem mouerit, ſatis patet Paulum
nihil de purgatorio ſcire: qui ſibi ſufficere nouit, quod
ſciat Christum, & hunc crucifixum. Verum quid mul-
tiſ opus eſt, qum humanum cōmentum uideamus auto-
rem eſſe purgatorij; non uerbum Dei? nam quæ uulgo
pro adſertione eius ex ſacris literis adferūtur, uiolen-
ter nimis hūc detorta ſunt.

Sic aduersus Enſerum de purgatorio breuibus ſed
fortibus deo egimus. Quoniam autem aliquot loci tam-
diu in hunc uſum detorti, ſic cōtitiffe illis uidentur, ut
nemo reflectere queat, adgrediemur eorū aliquot. Chri-
ſtus cauere uolēs, ne ſui quottidianis litibus inter ſe diſ-
ſiderēt, à litigando hoc epicheremate uoluit deterrere.
Qd' frequenter eueniat apud tribunalia, ut is, qui ſe ui-
tore futurū ſperauerat, uictus abeat. Periculosa m rem
eſſe

esse iudicio cōtendere: unde sui, & si alia ratione abstrahi nolint à litigando saltem periculi metu patiātur rem cōponi. Sic ergo inquit Mat. 5. Esto benignus aduersario tuo quām oīissime, dū adhuc es cum eo in uia: ne quā fiat, ut aduersarius te iudici, & iudex te ministro tradat, & in carcere cōiiciaris. Vere dico tibi, non exibis inde, donec reddideris ultimum quadrātem. Ex hoc loco putant se suaves isti probasse iam purgatoriū es- sc. Qum Christus hoc sermone prorsus nihil aliud intēdat, quām à litigādo auocare duros quosdam, & in-exorabiles, qui utcunq; sentiunt, ac sibi pollicentur, ita putant omnes homines sentire: quibus deinde nonnūq; eueniat, quod alijs parauerant, uidelicet, sperabant se cum aduersarij cōtumelia lucrum reportaturos, at res in diuersum exist: nam illi ipsi in carcere s̄ penume-ro cōiecti sunt, ubi & postmodū coacti fuerūt manere, donec penuria, iejunio, reliquisq; multis infligi solitis, satis pro uniuerso debito fecissent. Hunc uero genuinū sensum esse probat Lucas. 12. capite. sic eandem senten-tiam efferenſ: Cum autem uadis cū aduersario tuo ad p̄cipē, in uia da operā liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem: et iudex tradat te exactori. &c. Ecce ut hic clare principē adpellat, ad quem cū aduersario ua-dis. In hāc sententiā intellexit istū locū, qđ ad sermonem adinet, Diuus Ambrosius, dicit cni: Dū uadis cū aduer-sario tuo ad magistratū, tāetsi p̄ allegoriā, ut fuit huius

tempestatis mos, postea aliud sensum tentet. Quid autem
sacræ literæ huius possunt, quod tu mysticum sermonem
ex claro et germano faciens, nodum in scirpo queris?
Ad stipulantur huic sententiae Chrysostomus et Theophilactus. Hilarius in Canonibus tandem huc descen-
dit, ut censeat hunc sermonem intelligendum esse iuxta
argumentum eius quod iste docet: docetur autem iste
reconciliatio et uenia, ut clarissime patet in superiori
bus, que continue antecedunt. Hieronymus multorum
sententias adducens, suā ita obscurat, ut indoctior abeas.

Secundus locus est Matt. 13. Vbi Christus per simili-
tudinem immitis serui docere multum, quod nisi ignoscatur
nos, neque nobis ignoscatur. Dicit ergo sic tandem de ini-
quo seruo: Et iratus dominus eius, tradidit eum tortori-
bus, quoadusque redderet uniuersum debitum. Sic et pa-
ter meus coelestis faciet uobis, si non remiseritis, unus-
quisque fratri suo de cordibus uestris. Hic ad hunc modum
feriunt isti. Christus dicit hic patrem coelestem nobis fa-
cturum, quemadmodum seruo nequam factum est: non
ergo est poenitentia purgatorij emittet, donec uniuersum
debitum soluerimus. Quibus sic respondemus, Verum
tamen non nos, sed ipsa ueritas: Antecepit hanc para-
bolam, etiam de ignoscendo argumentum, in quo Simo-
ni de uenia interroganti, respondit: Non dico tibi septies,
uidelicet ignoscendum esse fratri, sed septuagies septies.
Iam sequitur: Ideo assimilatum est regnum celorum ho-
mini

mini regi, qui uoluit rationē ponere cū seruis suis. &c.
 cum dixit, ideo, manifestum fecit qd' parabola ista, quā
 cōtinue subiecit, ad ignoscendū hortari uoluit, & aequi-
 tatem docere. Quā in oratiōe Mat. 6. expressit, qua exi-
 git Deus, ut si nobis ignosci uelimus, ipsi quoq; ignosca-
 mus, cū sic docet orandū esse: Remitte nobis debita no-
 stra, quēadmodū & nos remittimus debitoribus nostris.
 Nihil ergo ista parabola uoluit Christus docere, quām
 sicut nobis perpetuō uolumus à cœlesti rege ignosci,
 quē quotidianē innumerabiliter offendimus, sic & nos de-
 beamus semper ignoscere. Sic n. ait in persona regis, in
 immunitē seruum stomachantis: Serue ne quām, omne de-
 bitum dimisi tibi, quoniā roga sti me: Nōnne igitur opor-
 tebat & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miser-
 tus sum? Hic nūc urgent: Traditus est tortoribus, donec
 redderet uniuersum debitū, quo iuxta ciuiles leges red-
 dito, nimirū exiit: Ergo & qui Dei iusticiæ debent, qm
 patiendo debitum depēderint, exhibunt. Respondemus:
 Primum nō uidemini aliter sentire de parabola, quām
 si res gesta esset: quamuis hoc parui momenti sit, nisi ut
 parabolam perpetuō sinatis esse parabolam. In para-
 bolis autem haud parum multa sunt, quae non undique
 quadrant ijs, que per ipsas simulantur. Ut: Nō est disci-
 pulus super magistrum: non sequitur, Ergo nemo un-
 quam superare potest magistrum. Nam in Christo tan-
 tum ualeat, non etiam in alijs. Et uillicum istum, qui per-

iniuriam & circumscriptiōnē domini sui rebus suis
prouiderat, nemo imitari debet. Sed argumentum tan-
tum spectandum est, ad quod Christus parabola utitur.
Vult autem eādem parabola rerum cœlestium cura-
profficiētiāq; docere isto epicheremate. Si huius mū-
di filij, spreta legis animaduersione, uictui suo prouide-
rent: Quanto magis, qui ad cœlos properant, omnia
debent expēdere, ne iniquis diuitijs sperata salutē frau-
dentur? Sic & in præsenti parabola, unice spectandum
est argumentum. Hoc autē est, remittite & remittetur
uobis: si nō remiseritis, nō remittetur uobis. Quod au-
tem nunc de usq; uel donec obijcitur, nihil ad hoc ar-
gumentū facit: sed donemus interim, argumēti causa, re-
missionem dei alligatā esse ad hanc temporis cōnota-
tionē. Quid queso aliud sequeretur, quām cū, qui sīc es-
set in tormenta cōiectus, non exire donec cœlesti regi-
satisfactū esset? Quis uero iā dicet, quando illi satis sit
factū: aut quis definiet? quid si istae ipsius poenæ ater-
næ sunt? Tunc ergo ei satisfactū erit, qum tu perpetuō
erucciatus eris, nō cū Pontifex Romanus marsupiū tibi
excusserit. Sed ne morbo cōtentioñis uerborū locūde-
mus, patet, qd' ista uox usq; non debet ad durationem
temporariā torqueri. Patet autem per Christū ipsum:
is enim ideo factus est iusticia nostra, quod propria iu-
sticia salutē adsequi non poteramus: gratia igitur sal-
uamur, nō meritis nostris, ut dudu est dictū. Si enim no-
stris

Ibris meritis cœli consendi potuissent, nihil fuisset opus
Christi descensu. Cōsimilem ad modū: Si peccata nostra
oportet igne purgatorio lustrari, quid pdest Christus
Cur hominis infirmitatē circūlilit? si enim purgatoriū
sustinere cogimur ignem, quo iusticiæ dei satisfiat, ut
isti perhibent, nihil proderit nobis iusticia Christi: sed
omnes quotquot ad patrem cœlestē profectionē parāt,
frustra Christo nituntur, ni prius sint igne purgatorio
q̄si. Quo qd potest dici stultius aut blasphemius in Chri-
stum? Hunc euacuant, qui purgatoriū constituant: imo
mendacem faciūt, qum dixerit, per se solum ad patrem
penetrari posse, si purgatorio quoq; itur ad astra. Sed
ēis nōpanorū cum istis animarū tortoribus, cōscientia-
rum carnificibus, marsupiorū autem insidiatoribus, qui
uentris causa inuenierunt, quo defunctorum anime in
nostris potius cordibus, quam uere torquerentur, qua-
isti tamen ratione pecunias emungerent, ut sibi bene-
fasset: ac dum mortuis fletū, merorem, cruciatum, licet.
falsō influxerūt, ipsi in eo gratissimū, iucundissimumq;
refrigeriū inuenerunt. Tercius locus est. Mat. 12. Qui
autem dixerit uerbū contra spiritum sanctū, non remit-
tetur ei, neque in isto, neq; in futuro sēculo. Isto loco
sic argutantur: Christus dixit peccatum in spiritum,
in futuro sēculo non dimitti: ergo quedam peccata
remituntur in futuro sēculo: nam solum peccatum in
spiritum Sanctum non remittitur in futuro sēculo. Re-
pondemus: Mirum est istos artis suæ aut oblitos esse,

aut nō probe doctos. Nō enim ratione logica sequitur,
 Peccatū in spiritū sanctum nō remittitur in isto sēculo:
 & non remittitur in futuro sēculo, ergo quædam pec-
 cata remittitur in futuro sēculo: quid enim ex negati-
 uis recte colligi potest? Attamen hoc probè colligitur:
 Peccatum in spiritum sanctum non remittitur in isto sē-
 culo, neq; remittitur in futuro sēculo: ergo nunquam
 remittitur. Est enim locus à sufficienti diuisione. ut cum
 dicitur. Apoc. 4. Et requiem non habebant animalia die
 ac nocte. Iam non sequitur, ergo habebant aliquando
 requiem, sed sic sequitur, ergo nunquam habebant re-
 quiem. Quod autem Christus per hanc istius futuriq;
 sēculi distinctionem uoluerit æternitatē intelligi, ex-
 pressit Marcus. 3. qum dicit: In æternū nō remitti. C^or.
 Lucas. 11. qui dicit: Non remitti. Quartus est. C^or. 3.
 Si quis ædificat super fundatum hoc, aurum, argē-
 tum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, cuiusq;
 opus manifestum erit. Nam ipsa dies ostendet id, quod
 in igne reuelatur. Et cuiusvis opus, quale nam sit, ignis
 probabit. Si alicuius opus manet, id quod super ædifica-
 uit, mercedem accipiet. Si cuius opus comburitur, detri-
 mento adficietur, ipse uero seruabitur: sed sicut per
 ignem. Hunc luculentissimum Pauli locum, sic defec-
 darū in purgatorijs sui fuligine, ad quod ipsum detor-
 serunt, ut nasutissimi alioqui uiri natuum sensum odora-
 re nequierint. Trademus autem sensum huius loci, nō
 ex animi

ex animi nostri, sed Pauli ipsius, Hieronimūq; super Eze
 chiel. 3. cap. sententia. Edificare igitur hoc loco est præ-
 dicare: Fundamentum, est Christus: Opus quod ædifica-
 tur, sunt qui uerbum receperunt: Ignis est tentatio uel
 persequitio, quæ Dei iudicio infligitur. Igne me exami-
 nati. &c. c. Aurum, argentū, gemmæ, sunt qui sic Chri-
 stum receperunt, ut prius moriantur quam ipsum pro-
 dant. Lignum, fœnum, stipula, sunt qui ad tempus cre-
 dunt, aut fortasse credere solum simulant, & tentatio-
 nis articulo Christum deserunt. Videamus nunc argu-
 mentū, quod istic Paulus tractat: quo usq; aptemus de-
 inde totā hanc sententiam, & accedit nobis noua lux.
 Posteaquam Paulus rescisset quosdā Corinthi se magno
 uendere, quod se aut peritiores essent, aut eloquentio-
 res: monet urbanissime, ne à simplici doctrina sua se pa-
 tiantur abstrahi, siue eruditiois, siue eloquentie præ-
 textu: se quidem non usq; adeo portentose facundum
 esse, nihil tamen deesse, quo cœlestis doctrina cōmode
 proponi possit. Esse etiam alios eruditos, sed quantum
 se antecellat, nō facile posse à Corinthiis iudicari, etiā-
 num teneris, qum ipse apud eos doceret. Se enim in oīa
 uertere solere, quo Christo quam plurimos lucrifaciat.
 Cum ergo olim apud eos fuisset, non protinus arcanissi-
 ma quæq; referasse: quod frustra hoc tentaturus fuisset
 apud eos, qui tum non possent esse capaces. Nunc uero
 sibi uehemēter disPLICERE, qd' quidā auribus adeò essent

impotentibus, ut sustinere possent se appellari Apollini
nos, Petrinos, aut Paulinos. Iste omnis minister uerbi
esse, et aedificare domum, hoc est Ecclesiam Dei super
uerum fundamentum Christum. Se uero non ita esse uel glo
riæ cupidum, ut sibi doleat nunc alios anteferri: uel ini
diosum, ut aliorum nomina crescere pati nequeat: hoc ta
mè anxie semper spectare, ut quam optime doceat: neque
dubitare, quin alij quoque de se nolint aliter existimari,
quam ipse de se Paulus prædicaret. Dicit ergo: Dei su
mus cooperatores, quotquot docemus: et uos Dei agri
culta, hoc est Dei aedificatio aut opus estis. Quid autem
ad me attinet, ratione reddam mei laboris. Equidem iuxta
gratiam mihi datam, ad exemplum gnauiorum architecto
rum fundamentum istud solidum posui, quod cœcuti non
potest: Christum scilicet. Nunc uero video alios superedi
ficare: hic sibi ipsi quemque remitto. Videat quisque quo
modo superedificet. Nam quid ad fundamentum adtinet, quid
ego ieci, haud uereor quid quisquam possit aliud fundame
num ponere (si modo Christi minister est) præter id quod
iam positum est, quod est Christus Iesus. Quid si quis in Chri
stum quosdam sic firmauerit, ut cum persequitio ueniat,
sic in eos nihil possit, ut in aurum, argentum, gemmas nihil
potest ignis: iam nimurum adparet quod fideliter ac dextre
aedificauerit, qui uerbum administravit, cum eius auditio
res uitam citius quam uerbum amittant. Si uero quis tam
frigide uerbum tractauerit, ut ingruente perequitione,
auditores

auditores non aliter discedat, quam lignum, fenum, stipula ab igne absuntur: iam patebit socordia aut perfidia aedificantis, quam hactenus omnes ignorabant. Dies omnia reuelat, quemadmodum Ethnici quoque loqui sunt. Sic & hic dies domini, quo reuelabit quae hactenus latuerant, omnia reteget. Non loquor de ultimo isto die, sed de die, quo placet Deo iam retegere quod aliquadiu occultum erat, & ad quod conniuere hactenus uoluit. Eas ergo die omnia doctrina uelut in igne probatur: si cuius doctrina permanserit, ne scilicet a domino abiiciatur, aut iij qui receperunt, non deserant, iam uidebitur quomodo aurum, argentum, lapides preciosos aedificauit, ac iuxta aedificationem recipiet mercedem: si uero alicuius opus ciburetur, lignum, fenum, stipula fuit. Quamuis ergo damnus sensurus sit eorum, quos docuerat prædicator, ipse tamē, si igne saeuiete fortiter coſtiterit, saluus erit: sed hac lege, ut per ignem, hoc est persecutionem intrepide trahat: Loquitur ergo isto loco Paulus de doctrinæ exploratione, non de purgatorio igne: ut manifeste patet, si mediocriter saltus oculos adperias. Reliqua oia, quæ passim in contrarium adducuntur, facile dilues: ut est Parabola de diuite epulone & Lazaro, è qua betacea tela multi petunt: cū tamē aliud nihil sit quam parabola, quod isti tamē uidere nolunt: qua Christus haud aliud uoluit quam, alia quoque de decem uirginibus: nempe hic, dum tempus est, uitam nos emendare debere. Nihil enim sero, posteaquam

hinc soluimus, pœnitentiā orsiuros esse, imò fruſtra pœ-
nitus orare, queri, obſecrare. Neminem ergo tedeat à
uaniſſima fabula diſcedere. Quin potius hoc omnes
agimus, in cognitione dei crescamus, uitamq; in melius
quotidie mutemus, quo mentes noſtræ ſic Christo fide-
re adſuſcant, ut adpetente morte gaudeamus diſſolu-
ſe cum Christo eſſe.

DE MAGISTRATV.



CHRISTIANIS quidam negant magis-
tratum, conſtanter adſeuſantes fieri non
poſſe, ut qui Christianus ſit, magistratū ge-
rere poſſit: quorum iſania quō tendat,
baud obſcurum incipit fieri. Nos igitur tot fidelium ho-
minū ſanctimonia fideq; perſpecta, qui tamen ſic ma-
gistratum gesserunt, ut per communem tum pacem
tum iuſtiā deus glorificaretur: perſpectis etiam peſ-
ſimorum hominū tum audacia tum malicia, qui ſe Chri-
ſtianos ſimulant, nec uere ſunt, adſerere audemus, qd'
nemo Magistratum recte gerere ne potest quidem, ni-
ſi Christianus ſit. Quid oro diſtat ciuitas ab Eccleſia?
Dico autem de exterioribus uite conſuetudinibus &
communicationibus: nam quod ad mentem adtinet, nō
ignoro quomodo ea tandem ſit Eccleſia Christi, que
Christo fidit. Cum tamen ciuitas contenta eſſe poſſit, ſi
fidelem ciuem præſtes, etiam ſi Christo non fidas. Re-
quirit

quirit ciuitas, ut rem pub. colas, non priuatam. Ut com-
munia habeantur pericula: etiam fortunæ, si usus po-
stulet: Ut nemo sibi sapiat: Ut nemo extollatur: Ut ne-
mo factiones excitet. Vide nunc iuxta hæc pauca, quid
Ecclesia Christi exigat. Monet Paulus non uno loco, ch. &
ritatem non esse intentan ad suam rem, sed ad aliorū.
Dicit alio loco: Quis scandalizatur, & ego non uror?
Quis infirmatur, & ego non infirmor? Flere iubet cū
fletibus, & cū gaudentibus letari. Tercio loco nō exi-
git fidelis à fidei, ut fortunas secum partiatur: sed qui
fidelis est, omnē fortunā sic in procinctum statuit, ut ubi
ubires exigat, succurrere uelit. Hic nolo pro dignitate
tractare istud εὐπάθον, quo tumultuosuli isti laborant, id est sub-
etiam si tam impudenter, quam constanter negent: stu- cutaneam
dia enim probant quid in consilio habeant. Hoc uideli saniem.
et omnia debere esse communia, quam euidem pro-
me a tenuitate legem latus ferre possem: at nō ferret De-
us quod cuiquam suum raperetur. Petrus enim ad Ana-
niam sic inquit: Nónne istud quod uendidisti (paraphra-
sticos enim loquar) poteras non uendere, & intua po-
testate seruare? Contra uero, qum uendidisti, nónne ite-
rum fuit in tua potestate? Si uis, inquit Christus, perse-
clus esse, uade & uende omnia que habes, & da pau-
peribus. Si uis inquit, non rapuit, nec pauperibus iñsit
ut raperet ditiſſimo adolescenti sua. Quarto loco. Pre-
cipit Petrus. i. cap. 4. ut quisq; administret eam gratiam

in commune, quam accepit: hoc enim decere multipli-
cis gratiae Dei dispēsatores. & cæt. Deinde iubet Paulus
ut humilia sectemur. Et Christus ipse, ueluti cōminans
edicit, quod qui extollātur, humilietur. Postremo, factio-
nes sic omnes deprecantur, ut nullus porrò sit Aposto-
rum qui nō execratur. Quid ergo, ut coeperamus dice-
re, distat ecclesiæ Christianæ uita, quod ad ea pertinet,
quæ uidemus, à ciuitatis uita? Nihil pœnitus, nam ultra-
que requirit quod altera: sed quod ad interiorem ho-
minem adtinet, immensum est discrimin. Cogitur cuius
legibus, ut se talem ciuibus suis præstet: nunc autem, ad
quæ cogimur, simulate ac parum fideliter facimus. Eue-
nit ergo, ut si contra legem possis, in occulto tamē, tua
rei consulere non sis obmüssurus. Non sic habet ciuitas;
hoc est Ecclesia christiana. Qui enim spiritum Christi
habent, hi sunt eius: qui uero Christi sunt, iuxta illius
ingenium ac uoluntatem cuncta transfigunt. Is nos ama-
uit, ut scipsum expenderet pro nobis: faciemus ergo et
nos idem, si eius spiritum habemus. Amabimus itaque
omnes homines & que ac nos ipsos: si uero amabimus,
iam nihil obmittemus eorum quæ ad proximi salutem
pertinent. Si ergo ciui amorem addas, iam cōcidet fra-
dulentum priuatæ rei studium. Cum itaq; Christi spiri-
tus hoc habeat, quo ciuitas maxime indiget, nihil pote-
rit auſpicacius ciuitati accidere quām amor: hunc au-
tem Euangelium qum secum adferat, cōstat ciuitatē tūc
tandem

tandem firmam ac sanctam fieri, si bonis legibus bone
mentes ad societur. Nulla ergo ciuitas beator erit, quam
in qua uera religio simul degit. Quod ergo de ciuitate
diximus, multò magis debet de magistratu intelligi: ma-
gistratus enī sunt ueluti caput. Quod si membra sic ha-
bere conuenit, multo magis caput ipsum. Vnde longe di-
uersimode atq; isti sentiunt, prouinciamus: Equū scilicet
ac iustum magistratum ne esse quidem posse, ni Christia-
nus sit. Adime magistratui, qui sit supra timorem homi-
nis, timorem Dei, tyrannum reddidisti. Insere tyranno
timorem Dei, iam suapte sponte liberius ac fidelius faci-
et quod lex iubet, quam ullus terror efficere potuisse:
faciesq; ex tyranno ad exemplum eius, quem iam ex fi-
de colere coepit, ac timere, dei uidelicet, patrem. At sic
occurrūt isti, Christi Ecclesiam sic esse oportet innocen-
tem, ut magistratu poenitus nullo egeat: christiani enim
nō litigant, sed cedūt: iniurias apud tribunal nō querū-
tur: nā alterā maxilla altera percussa præbēt. Respōde
mus: Utinam talē Ecclesiā habeamus: nūc uero qum illē
ipſi qui talē innocētiā exigūt, quā Deus nō iniuste à no-
bis exigit, nō etiā isti, qui nihil qđ rectū est faciūt, qum
inqua isti, quod tantis clamoribus exigūt, pessime præ-
stent (nemo enī ad maledicēdū est paratior) quid queso
pollicebūtur sibi de ijs, qui deo nō fidūt? an? fortasse sic
magistratū abiiciūt, ut cū sciant se ad maledicendū esse
propensissimos, uereāturq; ne quisq; ipsorū maledicē-

tiam aequanimiter ferat, sed apud magistratum potius queratur, iam nō possint impune maledicere, nec circa periculum aliorum bonis Christi prætextu insidiari. Ut enim hoc hominum Genus innocentissimos quosq; pro re quaq; proscindit, ita quām primum eis morbum suum ante oculos opponis, exclamant: Quir me iudicat? Ego domino meo sto, aut cado. En, ut isti tribunalibus nihil habeant opus. Si tu scilicet, eorum iniurias omneis feras, nec referias, ac pro re nihil tumultus quosq; impune patiaris excitare, iam isti nihil opus habent tribunalibus. Cum, inquam, propter istos ipsos, qui negat Christianum posse Magistratum gerere, maxime egredi mus magistratu, quomodo non liceat Christianum potius esse Magistratum, qui inter Christianos pronuntiet, quām alienum à Christo? Sed nunc rem ipsam testimonijs roborabimus.

Exodi. 18. Iubetur Moses à domino (Nolo enim ipsi Ietro tribuere, quod dominus per ipsum ostendebat, sicut Deut. 1. Palam uidetur, ubi Moses domino tribuit, qd' hic Madianitæ tribuitur) prouidere, ac selegere de omni plebe viros sapientes & timentes deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auariciam. Et constitue, inquit, ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore &c. Vide, ut hic plane exprimat Moses eas dotes, quas ante omnes iudicem habere oportet: Sapientiam, timorem

rem Dei, ueritatis studiū, auaricie odium, quemadmo= dūm pauloante & bonum ciuem, & uere Christianū esse oportere diximus. Nec est cur inficiari iuste poterimus hanc legem nihil ad nos pertinere. Nam quanto magis dixerimus ad nos nihil pertinere, tanto magis ea indigemus. Qui enim ex spiritu uoluntati Dei se conformant, nō abhorrent à lege: ipsi enim spiritu, legi testimoniū dant, quod bona sit. Rom. 7. Qui uero legem auersantur, spirituales nō sunt: Lex enim bona & sancta est, imo spiritualis est. Patet ergo, quod ut primū isti legi organiunt, sese carnales esse prodant. Legi autē dico isti, quæ nunquam aboleri potest: puta quæ ad a= morem proximi adtinet, & secundo præcepto: Diliges proximum tuum sicut teipsum: exploratur, aut ut isti dicunt, regulatur. Vide autem, ut hoc hominum Genus à sagitta in die uolante confodiatur ex dæmonio meridianō. Huius opinionis sue, fundamentum aiunt se in sa= cris literis habere. Mat. 20. Non sic erit inter uos, & Lu= ce. 22. Vos autem non sic. Bis hic peccantes: Primo, quod ista Lex ad eos modo pertinet, qui Apostolorū uice ad docendum sunt missi, hos ergo iubet Christus ab imperio esse alienos. Nam apostoli de hoc primatu nimirum interrogauerant, quis eorum uideretur esse præstantor omnibus. Quamuis nō negem, quod ad ambitionē adtinet, legem istam ex aequo ad omnes pertinere: ita, ut nulli Christiano liceat imperiuū uel ambire uel uen=

dicare: sed ubi offertur, iam parum pius esset, qui hoo
 onus, quod ciuitas imponeret, nollet ferre. Secūdo pec-
 cant, dū nō intelligunt Christū hic potius de tyrannide
 loqui, quam de monarchia, aut aristocratia, quae populi
 consensu, aut uocatione dei illi offeratur, cui uerbi pro-
 uincia non est mandata. Tyrannidem autē uoco, ubi su-
 mitur propria autoritate imperiū: qd' si unus facit, Ty-
 rannus est et dominatus eius tyrannis uocatur: Si uero
 plures, nec tamē omnes, sed pauci imperiū sibi uendia-
 cāt, oligarchiā uocarūt græci. Tyrannidē ergo omnia
 bus prohibet Christus: nā aliōqui ne in ouium quidem
 grege fieri potest, ut nō aliquis aries reliquos anteces-
 dat: sic et primariū in oīi ciuitate esse oportet. Quāz
 uis hic cauedū sit, ne quod de magistratu publico dicia-
 mus, ad pōtificum quorundā tyrannidē accōmodetur.
 Qum ergo isti uerbū ex sciētia potius, quam charitate
 tractant, hūc decidūt erroris, ut magistratū omnē elimi-
 nent, etiā iustū ac legitimū: cuiusq; maxime sumus indi-
 gi ad pacem ac tranquillitatē seruandā. Et quod obijci-
 unt, Christianos omnia ferre debere, omnia que Lex
 iubet facere, unde non opus habere magistratu. Respo-
 demus: Recte sanè, quādiu ergo ad hunc modū non o-
 mnes uiuimus, qum tamē omnes Christiani uelimus uo-
 carī, sustinendū atq; cunctandū est, imò pōenitus tacē-
 dū, de nō gerendo magistratu Christianis: ne qd' maxi-
 me necessariū est abolcamus, priusq; id in manibus sit,
 ciuitas

cuius causa hoc abolitū uolumus. Quid multa? Nihil aliud est, qd' isti agunt quām tumultus. Quis unq' uidit uspiā talem innocentiae cōsensum; aut ubi Genitū unq' sperabit futurū, ut omnes innocentie sic studeant, ut nemo peccet? Quin ergo perpetuò fuerint qui sub nomine pietatis hoc auderent, quod impij, perpetuò quoq' habendus est magistratus: Christianus tamē maxime inter Christianos. Atq' tunc tandem abolendus magistratus, qum flagitia sic sunt abolita, ut nemo peccet, neq' lingua, neq' facto. Hoc autē in alio mūdo eueniet, huic enim negatū est tantu innocētia frui. Per deū ergo defūctū oro, in his rebus sapientes esse, in quibus Sole clavis uidetur nihil queri, quām tumultū, & ad gloriam. Crūpi quacūq' uia. Adde, quod istorū uitilitigatorū inobedientia talis ac tanta est, ut neq' Christiano magistratu, neq' impio pareant: nā si Christianus est magistratus, ut primū illis resistit, dicunt: Oportet Deo magis obediēre quām tibi, etiam si nihil prēcipiatur, qd' non ad gloriā dei tēdat pacēq' cōmunē. Exemplū damus: Cōperunt hisce diebus quidā sese denuo baptizare in agro Tigurino. Magistratus ergo, hic est senatus, et Diaconis, facti causam peruestigarū, ac ueterū ultra rebaptizare, respōderū isti: Deo magis obtēperari oportere, q̄ hominibus. Cūq' illis diceretur, legē ergo dei de promerēt, qua rebaptizationē institui docerēt, pdunt. quod in Actis .19. scriptum est de ijs, qui melius docti.

fuerant à Paulo: & cum locum hunc probē non intelli-
gerent, tādem dixerunt se à spiritu sancto doctos esse,
deoq; magis obediendum esse quām hominibus. Ecce
qualem fenestrām isti conantur omnibus uicijs prætextū
religionis adperire? Dum in his quæ apud se fingūt, sic
persistent, & hoc uerbo omnem audaciam suam defen-
dere audeant: Deo potius obtemperandum est quām ti-
bi: etiam ubi manifeste contra omnem charitatem faci-
unt. Quod si obtinebunt, iam in ludibrium abibit hec
apstolorum defensio: nulli enim deerit uerbū alicunde
ex sacris literis detortum, quod morbo suo prætexat,
ac deinde dicat: Deo magis parendum est quām tibi. Po-
lygamiam quis adpetet, ducet uxores multas, dicetq;
sic Iacob, David, Solomonem, alios innumeros fecisse,
quemadmodum sacræ literæ produnt. Deo igitur se mā-
gis obnoxium esse quām magistratui. Vide qualem an-
sam præbeant Pontifici Romano, ut omnium auribus
inculcat: En uobis istam doctrinam, nōnne iam uidetis,
ut haud imprudēter factum sit à patribus, quod me unū
ac solum constituerunt scripturarum sacrarum iudi-
cem? Neque aliam ansam præbent ijs, qui concilia cla-
mant: qum enim quisq; pro suo sensu ambulat, iterum
omnes concilia uocare cogūt. At ne quis putet in ea do-
ctrina dissensionem esse, quæ ad interiorem hominem
adtinet: In his tantum confimilibusq; rebus tumultuan-
tur: Infantes sint baptizandi nec ne? Adulti an sint re-
baptizandi

baptizandi: et hoc præsenti nodo; Christianus homo an gerere posset magistratu; In quibus adeò acriter odio= seq; depugnant, ut quam primum ab eis dissentias, non mitiore uocabulo te adpellent, quam impij, & & & , pro= ditoris: atq; hoc dicūt esse uehementem spiritum. Quis aut non uidet hanc ipsam esse tentationem Satanae: qui semper audet bono semini superseminare zizania. Oes igitur oro, quemadmodū Paulus orat Ro.12. ut idē sem per sentiant, nec pro re nihili tantam offensionem Euan gelio Christi dent. Nō altum sapient, sed humilibus sese accommodent: nō simulata humilitate, que Coloss.2. ta xatur: Nec prudentes sine apud semetipos. Et cæt. Si ue ro magistratus parum pius est (ut ad secūdum membrū redeamus) iam iure putant sibi licere nō obtemperare. Sic se transformat Cacodæmon in angelum lucis, quo cōscientias possit rursum in pristinam calamitatem re trahere. Hæc per contentionem de rixosis istis coacti su mus dicere, quo alij talem pestem, si quando apud ipsos oriatur, maturius cauere possint. Non est enī regnum Dei esca & potus, ac per hoc nullo elemēto huius mun di parari potest: sed iusticia, pax, & gaudium in spiritu sancto. Quām turpe igitur est eos, qui se propter religi onē suffici uolunt, pro mūdi clementis, tanq; pro totius pietatis summa digladiari? Etiā si disertam legem ha berent sui propositi.: Charitate enī magistra, etiam uer bum dispensandum est. Nunc redeo ad alia testimonia,

quibus opinionem istam roboremus, quæ statuit magistratum inter Christianos, maxime oportere esse Christianum. Nā hoc etiā satis iam patet, Christianos magistratu carere non posse.

Rō. 12. Cum Paulus corpus Christi Ecclesiā conglutinat. Dicit membra quidem omnia esse idem corpus sed discretas habere dotes: ac inter dotes ac membra, numerat προσάμενον σπέσιν hoc est, cum qui praeſt, hoc ſtudium, præſtandi ſcilicet alijs fideliter, dei dono habere censens: unde & gratis etiam toti corpori debeat impendere, quod priuato uſui non dedit deus, ſed publico. Magistratum igitur recte gerere, qm Paulus ipſe, Christianis etiam ſcribēs, Deo referat acceptū: quā nezemus Christianum hominē præſeffe debere?

Petrus autē. i. cap. 2. Magistratui prorsus cogit obtemperare. At dicunt iſti, ſed is magistratus impius erat. Respondeo: An' uero etiā dicturi eſtis, quod Petrus iuſſerit impio Magistratui parere; & ſi Christianus ſit uicturus fuerit obtemperare? An' fortaffe hoc, quod Christianus Magistratus debeat potius impio cedere, quām ipſe ſubire? Qua insania, quæ maior cogitari potest: cum enim magistratut tanq̄ capite respubliæ gubernetur, nōnne furor eſt malle impiuſe magistratū quām piuſe malle piorū ceruicibus imminere impiuſuā, quām piuſe uirum in dominico grege patrē agere? Quid enim impius aliud agit, quām ut omnia uel lucri uel

uel gloriae causa faciat? Quid cōtra pius aliud quām, ut
ex amore timoreq; dei, et proximi nihil designat, quod
illum offendere, istum uero turbare queat? Accumula= =
bit impius opes per fas et nefas: crumpet ad gloriā per
media suorum cadavera. Cōmunicabit pius omnia ijs,
quibus præst, ac populi salutem & pacem gloriæ an= =
teponet. Dicitis autem, frequenter ad hūc modū euenit,
ut dum etiam piū in magistratū exaltemus, ad impios
degeneret. Quir istuc querimini? qum iam id fiat,
quod maxime cupitis: nempe, ut impius Magistratus
præficiatur. Sed absint argutiæ. Si ergo in impiū dege= =
neret pius, impiū moueto, & pium subroga. At dices,
Rex est, tyrannus est, suffragijs non potest in ordinem
cogi. Fer igitur & patere omnē tyrannidem, quæ fidei
nihil officit: nō enim frustra fit, ut sub impio magistratus
degas: aut enī punit deus admissa tua, aut patiētiā ex= =
plorat. Qd' si fidem extorquere conabitur, iā in loco og
gannies ingrato etiā: Deo magis obediendum est, quām
homini. Memētoq; simul, qd' tametsi filij Israēlis crude= =
liter longo tempore adfligeretur ab Aegyptiorū tyran= =
no, Deus tamen respexerit ad eorū afflictionē: & cum
summa calamitate horū, qui eos habentius oppresserat,
eduxerit. Deū autē eundem perpetuō manere: si ergo
tunc suos uidit, misertus est, ac eripuit, nec te ignorat
bit aut negliget.

Scribit Timotheo Paulus. i. cap. 2. Hoc torum igitur pri-
mum omniū, ut precationes stant, orationes,, interpel-
lationes, obsecrationes pro omnibus hominibus: pro re-
gibus & omnibus, qui in eminentia constituti sunt, ut
quietā & trāquillam uitā peragamus in omni pietate
& morū grauitate. &c. Hic primum cōsidera utrū quie-
tior & pacatior uita sub impio Magistratu transfigi
possit, an sub pio. Quod si propacato statu orare li-
cet, licet & nimirum orare, ut Deus piū magistratū
concedat, quo commodius pax & concordia concilien-
tur. Eum ergo Magistratum qum Deum dare non de-
ceat, qur dedebeat piū gerere, quod dominus ultrō
offert? Loquor autem perpetuō de Magistratu, quem
nos läicum uocamus, non de tyrannide quam sibi R.O.
Pontifices arrogarunt. Deinde & hoc cōsidera, quod
si precari licet, ut uitam peragamus in omni pietate et
grauitate: nimirum licebit precari quoq; ut tales Ma-
gistratus inaugurentur, sub quibus pietas & morum
honestas ac grauitas quām uberrime prouenire pos-
sint. Id autem fœlicius adsequemur sub pio, quām impio
Magistratu.

Seruis præcipiunt ubiq; Apostoli, ut dominis suis
pareant. Petrus. i. cap. 2. Paulus autem. i. Cor. 7. Ephess.
& Colos. 3. Et. i. Tim. 6. Et contra simul præcipit, ut do-
mini & equanimius imperent, ac humanius tractēt seruos
suos. An' uero istud ad impios dominos detorqueri po-
test?

testis quasi uero impij fuissent Apostoli tabellas uel aspe-
ctu tantum dignaturi, nedum, ut audirent ac obtempe-
rarent. Scribit igitur dominis fidelibus, id quod mani-
feste patet. 1. Tim. 6. Qui uero serui, inquiens, fideles ha-
bent dominos, ne contemnant, propterea quod fratres
sunt: sed potius seruiant, qum fideles sunt ac dilecti.
Quod si Christianus esse potuit, qui seruos habebat,
multo magis Christianus Magistratum gerere potest,
citra pietatis ac uerbi dei iacturam. Durius est enim
dominum esse quam Magistratum: et crudelitati pro-
pinquius est seruos habere, quam ciues propter publi-
cam tranquillitatem morigeros.

Veniemus nunc ad exempla. Abraham quantum
uernarum numerum habuerit. Gen. 14. legitur. Moses
autem papae quantum, et quam difficile imperium tenuit
ipsius domini iussu? Atq; sic tenuit, ut grauissimas cau-
tas ad se referri precepit: quod uix posset suspicione
uacare, si non usq; adeo fideliter fuisse in domo domi-
ni uersatus. Hebr. 3. Quid de Iosue et reliquis dicturi su-
mus, qui omnes Dei uoce ac iussu in auctorati fuerunt?
Nihil unquam poterimus adferre, quo probemus pio ho-
mini non licere magistratum gerere, quamdiu sic ui-
uimus, ut quidam sint ab iniuria deterrendi. Dicūt er-
go isti (in omnia enim se torquent) nostra igitur culpa
fit, ut magistratum habere cogamur, qum non uiuimus
ad praescriptum Christi: nam si sic uiueremus, magistratu-

pœnitius nullo haberemus opus . Respondeo : Quis hoc negat ? Sic ergo sentite , sic docete in angulis omnibus , in quibus conspiratis : Christianos homines tam innocentem uitam agere debere , ut nullo magistratu opus habere possint . Nuc ergo , qum uitam omniū talem esse uideatis , ut rigidissimo magistratu opus habeat , sunulq; iterum atque iterum ob strepatis Christianos magistratum nullum debere habere , an putatis obscurum esse quod spectetis ? nempe ad rerum omnium confusionem . Misere omnia pergitis , ut aliqua parte ad gloriæ erupatis . Quin omnes hoc agimus , ut uitam innocentissimam ducamus , & nihil nos premet magistratus . Innocentiam uero si omnes ad hunc modum induerimus , antiquabitur sua sponte magistratus : quem enim gladio feriet , cum omnes sint innocentissimi . Verum heus uos , uidete ne innocentiam tam potius simuletis fore posse , quam uere speretis : ad hunc usum , ut non minus pri existimemini ex hoc uestro acumine , q Plato in reipublicatione sapiens uideri uoluit . Dauidē , Solomona , Asam , Iosiam , Ezechiā , alios quid cōmemorē ? qum isti in promptu habeant quod dicant : In ueteri lege opus fuisse magistratibus , hæc exteriora nihil ad nos pertinere . Recite sanè . At istuc ad nos pertinet , quod quādiu eodem morbo laboramus , quo isti sub lege laborabant , eodem etiam remedio egeamus ? Egemus . Duriſſimis autem Iudeorum ceruicibus non fuit impius magistratus

Stratus impositus, quam cum ad ultimam impietatem
deuenissent: à quo ut primum ab impietate recessis-
sent, liberabantur: iamq; ex sua gente ac religione
magistratum inaugurarant: Ergo et Christiani de-
bent, misericordiam Dei agnoscendo, magistratum
Christianum sibi designare, sub quo tranquilli, quie-
tiq; uiuant: sunt enim inter eos haud pauciores, qui ad
inuiriandum prorumpunt, quam olim fuerint inter lu-
dios, quos paenit coerceri necesse est. Ac dum impium
magistratum ferre coguntur, crimen debent agnosce-
re, quod is sibi non nisi propter impietatem sit imposi-
tus. Pius igitur licet pium magistratum eligere, neq; no
licet pio oblatum gerere inter pios.

Sed quandoquidem, ut dictum est, exemplis quoq; è
novo testamēto petitis, quo istis satisfacias, idē adsera-
re cōuenit. legimus Ro. 15. Salutat uos Erasmus questor
ciuitatis. At qui questor est, magistratus non est. Quod
si maxime negetis, dicimus ne questorem quidem, siue
magistratus sit siue minus, hoc munus gerere possē sine
magistratu, qui eum questorem siue ex imperio, siue
communib; uotis fecerit. Et Acto. 13. legimus Paulum
Papho soluisse, transuisisseq; Pergam Pamphiliæ, Ser-
gio Paulo in Proconsulatu relicto. De Publio uero, cu-
ius parentē Deus per Paulū à dysenteria liberauerat, ni-
hil dicā, cum adperte nō cōstet eū fidē domini nostri Ie-
su Christi accepisse. Theodosios uero et Ludouicos cur-

taceam, qui piissime regna & imperia administrarunt? Nolo enim temere de Karolis istis magnis, qui quod ad pietatem adtinet, magistri cæreniarum potius fuerunt quam pri reges, dicere. Sed de Theodosio isto dicimus, cuius pietatis testimonia non modo Gentilium historijs, sed piissimorum hominum scriptis cernere licet. De isto autem Ludouico, qui ob insignem pietatem prius non inuenit: aut isto, qui Romano Pontifici sic obstitit, ut sibi etiam gratularetur, quod in eius excommunicatione moreretur. Cuius fide moti Tigurini quoque nostri, qui ea tempestate magistratu fungebantur, impiam excommunicationem Roma. Pontificis annis decem & octo tulerunt.

Quoniam ergo ex utroque testamento pateat Christianum gerere posse magistratum, iam videbimus qualis sit Christianorum magistratus. Inuenimus autem, non ut isti dicunt, sacerdotalem & laicalem esse magistratum, sed unum tantum: nam Ecclesiæ potestas, qua impudentem à communicatione abstinet, magistratus non est, sicut haec unus usi sunt Episcopi: nam totius Ecclesiæ est, non quae ruram, qui per tyrannidem sibi rerum summam uenidicarunt. Antequam ergo ad magistratum descendamus, uolumus de ista Ecclesiæ custodia non nihil dicere, quo minus contremiscant ad uoces censoriarum, qui hactenus eas tantopere timuerunt. Christus ut Ecclesiæ sponsam suam inculpatam seruaret, præcepit Matth. 18. Quod si peccat

peccat in te frater tuus, inquiens: Vade & corripe eū
 inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucrifecisti fra-
 trem tuum: si uero non audierit, adsume tecum aduc
 unum aut duos, ut in ore duorum testimoniū, aut trium cō=
 sistat omne uerbum. Si autem non audierit eos, dicio
 Ecclesiae. Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tan-
 quam ethnicus & publicanus. Hic primum uidemus
 propter peccatum infligi excommunicationem, nō pro=
 pter scēnus & reliqua debita, quae tribunalii potestate
 exigenda sunt, ubi condonare nolis. Concidunt hic Falsa Re=
 bulle, brevia, & diplomata, quibus R.o.Pōtifex (quem ligio.
 cum nomine, totū papatum intelligo, hoc est, quicquid
 in illius leges iuratum est) totam Christi Ecclesiam irri=
 tauit: nam id maxime factum est propter lites quasdā
 pecuniarias, & rerum dissensiones, non propter pec=
 catorum offenditionem. Deinde requiritur, ut peccātem
 solus amice cōuenias ac moneas. Vbi iterum peccatum
 est à Pontificijs: nam ut primum illis uisum est, pro to=
 ta concione citarunt ad tribunalia sua inopinatum a=
 liquem, imò se penumero innocentē. Vide quām atrox
 imperium. Nullus rex aut pr̄ses non primum uocat ad
 se delinquentem, isti uero pudore suffundunt corā totū
 concione innocentem, aut nihil tale suspicatum, sic into=
 nates: Iudex iste, aut iste monet hunc, ut illi intra quin=
 decim dies satisfaciat, aliōqui excommunicabitur. Vbi
 confessim omnium oculi in attonitum coniiciebantur.

Nec mutire licebat, aut causam dicere: non queri iniuria-
riam: non innocentiam tueri, nam si gryuel excidisset
tantum, actū fuisset de misero. Atq; ego nescio, an mag-
nus Persarum rex immitus, aut immanius cū suis ege-
rit: quem tamen iam à priscis temporibus in usu habe-
re prædicant, ut quotquot ipsum adeunt, terram pris-
us uerrere ac de osculari cogantur, deinde causas suis
perorent. Verū tamē hic noster in omnium oculis et au-
ribus plus quam prosternitur, sed indicta causa omniū
iudicio: iam reus et damnatus abire cogitur. Et si quan-
do causam dicere datur, iam id in angulo fit, nō in pu-
blica cōcione, ubi hic uulnus acceperat. Tercio requi-
ritur ante aquā abiicias, ut rem præsentibus testibus ten-
tes, tā grauatim accedit ad publicam multam Ecclesia
Christi. Cū forentes rabulae hoc agant, ut quanto citius
festinare possint citra omnē misericordiā, ut plurimum
damni dent, nō parcant: crescit enim expensarū nume-
rus iuxta uocationū, aut cēsurarū numerum. Postremo
requiritur totius Ecclesiæ iudicium, non illius uniuersa-
lis: illa enim hic nunquam coire potest, sed eius in quis
cohabitat et cōmunicatis, qui reus agitur. Hic se rea-
cte adperit Ro. Pontificis dominatus, aut potius tyran-
nis. Ex cōmunicatio tum est facta, qum Ecclesia reiecit
eum, qui disflicet. At ille abiicit de Ecclesia, quem ipsa
maxime cupit sibi saluū esse: neq; cōsulit Ecclesiam, sed
ei præcipit, ut hunc quem ipse odit, aut perdere pergit
pro

pro excōmunicato habeat. Quod si leges intelligere
 debemus, iuxta legislatoris mentem, ut certe debemus,
 neq; legem incidisse iudicare, qui nō incidit, sequitur;
 qd' qui ad hunc modū à pontificibus excōmunicātur,
 apud deū non sint alligati. Ecclesiæ enim, quod ad hanc
 ligandi formā adtinet, nō cuiusquā alius est excōmuni-
 catio: que nisi excōmunicet, nō est abiectus aut in cœlo
 ligatus, quem Pōtīfex ligatū esse cōtendit. Cōcidere hic
 debent omnes excōmunicationū ac censurarū technæ.
 Videādumq; ut uera ista discipline uirga, Ecclesiæ Chri-
 sti restituatur, que impudēter delinquentē feriat: ac ubi
 mente mutauerit, rursus in cōtuberniū admittat. Que
 res quosdam, qui spiritu non ambulant, inuitos etiam in
 via continebit. Quod si hoc illis parum proficit, prode-
 rit tamen honeste in hoc mundo, ac tranquille uersari
 cupientibus, ne scilicet cogantur uitiorum fructus vide-
 re impune sobolescere. Hæc inquit excōmunicationis
 potestas, nō est magistratus, nam totius Ecclesiæ est: atq;
 sic est Ecclesiæ, ut nisi illa abstineat quempiam, abstene-
 tus non sit. Que nos eo libētius diximus, ne tueri se ul-
 tra possint impostores illi, qui dicunt, Quomō tādē pōtestū
 negari dominatus Ro. pōtificis, nōnne Christus ipse ex-
 cōmunicationē instituit? nā sic nō instituit, ut ipse utitur
 ino nec ipse, nec quisq; priuatus ea uti potest, sed sola
 Ecclesia quæuis p̄ticularis: nā ipsum nomē satis indicat
 qd sit: etiā si tā adpertū uerbi nō haberemus: est enī

excommunicare ex eorum cōsortio mouere, qui simul
communicant. Et si tu dicas: An non Pontifex potest de
Ecclesia reiçere? dicimus non posse: solius enim Eccle
siae est, nō Pontificis. Nusquam enim dixit Christus: Dic
Pontifici. Vnde & factum est, ut qui à Pontifice excom
municarentur, non itidem uiderentur Ecclesiae hac reie
ctione digni: quo deinde sequutum est, ut pauci uitauen
tient istos, quos ille abominari iubebat. Fulminet igitur,
tonent, fulgurent, & cōceptis uerbis ad inferos detru
dant, nihil moueantur: sed contra uehementer timeat
mus seueritatem Ecclesiae incontinencia nostra experi
ri. Hoc placitum erit in oculis altissimi.

Nunc redeundum est ad uerum istum magistratum:
Is non alibi firmius adseritur, quam. Ro.13. Vbi tam en
xie prosequitur Paulus magistratus obedientia, ut sub
odorari liceat iam tum fuisse, qui haud secus quam no
stra tempestate quidam, Christianam libertatem ad oc
casionem carnis trahere conarētur. Non quod probem
quorundam magistratum aut principum effrenem im
perandi licetiam: sed quod nolim eos, qui se Christi no
mine uenditant, hoc unum agere, ut abicēto omni impe
rio, sperent se libere uicturos. Quod ego semper existi
maui esse aut summam stulticiam, aut summam maliciā.
Imperium audire oportet omnem ubiq; congregatiū
cōcētum, aliōqui omnis coniunctio dilaberetur. Nō ergo
debent christiani detrectare imperium, sed operā dare
ut sit

ut sit quām pījīsum et equīsum, sub quo degimus:
 alq; si hoc in potestate nostra nō est, puta, rex aut fatuus
 natus est, cui parēre cogimur, interpellandus eō c̄rebri
 us est Deus, ut nobis tandem Mosen aliquē alleget, qui à
 seruitute in uerā libertatē adserat: nō qua quisq; faciat
 qđ libet: ea enī nocētior tyrānis est, quām ubi pauci aut
 unus ad hūc modū libidinātur. Importabilius. n. est totā
 aliquā gentē furere quām paucos: sed qua libere currat
 ueritas, iusticia ex ē quo omib; administretur, pax ē
 cōcordia cōmūnib; studijs seruentur. Audiēdus igitur
 nūc est Paulus. Sic ergo inquit: Omnis anima eminēti-
 bus potestatibus subdita sit. Nō enim est potestas nisi à
 Deo. Potestates ergo quæ sunt, à Deo ordinatæ sunt. Fit
 igitur, ut qui resistat potestati, iā Dei ordinationi resistē-
 rit. Qui uero resistit, sibiipsis iudicium accipiet. Princī-
 pes enī nō sunt timori recte faciis, sed malis. Si autē cu-
 pis potestatē nō timere, qđ bonū est facito, ē habebis
 laudē ex ipsa. Dei enī minister est ad tuum bonū. Si autē
 malum feceris, time: haud enī fruſtra gladiū gestat, Dei
 enim minister est, uindex ad irām ei, qui qđ malum est
 operatur. Quocirca neceſſariū est imperio subditū esse
 nō modo propter uindictā, sed etiā propter cōſcientiā.
 Propter hanc enī causam tributa penditis: ministri enim
 Dei sunt, ad hoc ipsum intenti. Videndum est iam per
 singulā quid porrò uelit Paulus. Qum dicit omīs ani-
 ma, non est inauditum animam pro homine accipi. Ut:

Omnis anima dixerit pro omniis homines: habet enim
hic sermo iuxta Hebraismum quiddam uiuidius, quam
latinis omnes homines. Potestates eminentes dixit pro
magistratibus: siue monarchae sint, siue Aristocratici,
hoc est siue Rex sit qui eminet, siue optimates. Non
enim est potestas nisi a Deo. Quid o Paule: an? Phara
onis potestas a Deo erat? Nimurum: propter peccata
enim nostra imponit Deus pueros & effeminate cer
uicibus nostris. Isaiae.3. Ne ergo hic cristas erigant qui
presunt, dum audiunt omnem potestatem a Deo esse,
nam hac ratione iustificati non sunt: malos enim trebro
punit pessimis. Sed hoc potius agant, ut quandoquidem
audiuit se Dei prouidentia in hunc locum cunctos, nihil
admittant quod eum dedebeat, qui loco Dei sedet: Et ob
oculos semper uersent, quod a condito mundo, qui uiol
entissime dominati sunt, horum imperia breuiissima fuis
se. Et contra quotquot moderate imperium gesserint, eo
rum posteros q̄ diutissime auita regna tenuisse. Lubri
cares est imperium & uasta. Nunc autem nullæ res citius
excidunt e manibus, quam quæ simul ample sunt & lu
bricæ, praesertim si uicetendas retinere. Sic ergo impe
ria uastæ res sunt, sed uehementer lubricæ: quod si o
mni robore tenere pergas, hoc est si uiolenter omnia
agere, excident e manibus. Est modus in his seruandis:
quem si nores, satius est non cotingere. Sunt ergo po
testates a Deo ordinate: unde constat, quod qui potestati
refusat,

resistat, Dei ordinationi resisterit. Quis autem non liberius piae potestati obtemperet, quam impiæ neque hoc dico ut impiæ potestati non debeas parere, sequitur enim: Qui uero resistit, sibi ipsi iudicium accipiet. Sed ne te in errore isti rapi sinas, quo isti perhibent christianum non posse magistratum esse. Finge enim urbem aliquam sic Christo renatam, ut ex cunctis nemo non ad eius regulam uiuat: attamen magistratum requiret propter eos qui istic conueniunt. Nihil ergo de abolendo in universum magistratum dicamus, donec innocentia ipsa aboleat. Qui non magistratus parere cunctantur, iudicium sibi ipsi accipient, hoc est iram ac vindictam Dei sibi reponunt et thesaurizant.

Principes enim non sunt timori recte factis, sed malis. Hanc partem utinam principes tam diligenter audiant, quam istas intonant: Non est potestas nisi a Deo: Potestates a Deo ordinatae sunt, Et: Qui potestati resistit, Dei ordinationi resisterunt. Sed non tam bene cum misericordia mortalibus agitur, ut eaque ista audiamus, que nos in ordinem cogunt, atque illa que alios. Rara uirtus est, præsertim, ut hac tempestate uiuitur inter principes, non timori esse recte factis, hoc est, non obfiscere ueritatem, et his quod se ad euangelij ueritatem ac normam cōponunt, non odio suis iminere. Et contra familiare est principibus quibusdam, pessimos quosque dignitatibus, potestati, honoribusque ad mouere, non alia causa, quam ut acriter pro Ro. Pontifice depugnet, immanissimeque tractet eos, qui quod uerum est

proloqui sint ausi. Si nunc quispiam dicat: Ego soli ac
uni deo fido, huic uni meæ crumnas queror citra o-
mne aduocatorum patrocinium: repete rapitur ad sup-
plicium, quod scilicet à Deo noluerit ad creaturam des-
sciscere. Et qui hoc faciunt, per tabulas publicas te-
stantur se ueram, ac ueterem Christi religionem defen-
suros esse. Si tu, quo scandalum uites, uxorem ducas sa-
cerdos, iam indictæ causa duci iuberis: qum isti interim
scortatorem ante oculos missamem, minus quam canes
horreant. Nonnunquam enim canes intemplis coeun-
tes baculo abiguntur: sed scortatorem nemo abigit,
sanctissima queq; ut hactenus opinati sumus polluentē.
Contra uero si in horum principum oculis, loquor e-
num de tyrannis, non ignarus, quam multi p̄ij Magis-
tratus anxie fudent, ut simplicem Christianismum ut-
lū posthumū aliquando intueri possumus: si inquam in
istorum oculis scelestissimum crimen designes, contra
tamen herbescentem Christum uel contumelieris sal-
tem, iam ueniam impetrasti. Vide ut omnia sint apud
istos inuersa: qui calami digne poterunt hanc insania-
m posteris relinquere; quæ linguae impudentiam, allu-
daciā, immanitatem exprimere: aut quæ lacryme
perditos istos ex apertis oculis, tantus est furor, in per-
niciam ultimam irruentes deplorare? Qui tamen sim-
plici plebecule se pro iūndicibus iusticie, ac ueritatis
uendunt. Age, si Christi nomine gloriamini, nonne iā
debet

debet illius uerbū plus apud nos posse, quād illius cre-
aturae? Qum uero nūc additis, si Pontificū sententiae nō
obstrepat, iam antefertis hominis uerbum Dei uerbo.
Ne ergo optimi principes existimare latēre posse apud
humilem uulgam etiam quād alieni sitis à Christo, eō
quod tabulis publicis testamini uos religionem uera de-
fensuros: re uero ipsa crudelius quād ulli Turci perse-
quimini. Durant aliquandiu artes istae, sed calamito-
sum tandem finem adferunt. Communem iusticiam de-
betis manutenere: Non innocentes propter R.O. Pontifi-
cem persequi. Debent iniqui, homicide, latrones, &c id
genus pestes faciem uestram metuere: pijs uero & inno-
centes de ipsa sibi gratulari. Quid uero immodecā quo
rundam libidinem ac luxuriam taxem, in quam citra
ōem rationē omnia sua prodigunt; ut satius esset nunq
quicquam inuenisse, quād sic turpiter prodegisse. Lu-
dunt arca posita, nec enim marsupia tantum auri ca-
pere possunt, quantū isti ludunt. Potant, ut uinum præ-
stiterit effusum esse, quād humana corpora pereundo
perdidisse: quasi uero, ut Plinius habet, uina non potue-
rint alia uia quād per hunana corpora effundiet per
di. Scortantur, ut nullum uideantur non odisse castum
cornubium: stupris sic omnia foedant, ut infelix sit, cui
aut pulchra aut scita contingat uel uxor uel filia. Atq
dum oīa ad hunc modū insumpserunt, iam nouis ex-
cionibus, tributis, uectigalibus non modo expilant mi-

seram plebē, sed onerant, excarnificant, excidunt, ut
 uideātur esse in cōmūnē nati perniciē. Prīcipes nō sunt
 timori bonis opibus, sed malis. Qui ergo cōtra, malis
 deleātur, & bonis minaciter imminēt, prīcipes nō
 sunt, sed tyranni, sed tortores, sed lanij. Sequitur: si aut.
 cupis potestatē nō timere, quod bonū est facito & habe
 bis laudē ex ipſa. Hoc ipsum oro ut diligēter expendāt
 qui magistratum detrectant. Si potestatē odio habet aut
 timent, quod rectum est faciant: Expendant simul prin
 cipes ne recte factis timori sint. Laudem uero habere à
 potestate cum recte feceris, pro ea consuetudine dictum
 est, qua uel apud Athenienses uel apud Romanos recte
 rem gerētibus, premia uel gratiarum actiones reddite
 sunt: in: erim apud Senatum, interim uero apud concio
 nem. Ut est frequens apud Ciceronē, quomodo alij nūc
 corā Senatu laudati sunt, alij pro rostris. Dei minister
 tuo bono, siue ad tuum bonū est. Bono, n. omniū p̄fessi.
 sunt magistratus. Qui ergo oīm malo p̄funt, uideant
 quo pacto Christi nomine gloriētūr: qui nō modo ut p̄f
 dones & fures in oīm bona, sed ut pestes quoq; in oīm
 corpora grassantur. Sunt autē & isti ministri Dei: sed
 quomodo Satan minister Dei est, qui ubiq; aduersatur:
 circūuenit: perdit. Haud enī frustra gladiū gestat, Dei
 enī minister est. P̄ferūtur ante quosdā prīcipes gla
 dij potestatis insigne, ad quem morē hic alludit Paulus.
 Ostendit autē quosdā sic audacter malos esse, ut nisi gla
 dio

dio feriantur, pacē reliqui non possint habere. Dicit ergo ministerum Dei esse ad communem iusticiam, tranquillitatemque custodiendam. Hic quero ab istis qui magistratum negant, an' pius homo non possit perinde minister Christi esse atque impius? Dicunt scriptum esse apud antiquos: Ne occidas, nobis uero interdictum esse ne irasciamur, nedum ut non occidamus. Belli homines, nolunt in ipso sermone uidere qui sit uerborum Dei sensus. Cum enim dicit, nos ne irasci quidem debeamus, clarum fit, quoniam fontes homicidiorū obstruere uult, quod de ipsis homicidiis loquitur, quae ex impotentia irae nascuntur: nō etiā de ipsis, ubi lege cæduntur qui publicam pacem conturbare suerunt aucti, cum quibus crebrius misericordiam quoniam irasciamur. Cum autem et cum istis nonnunquam præcipitetur iudicium, nonne rectius ac maturius iudicabit pius quam impius? Dei enim minister est, vindicta ad iram ei, qui quod malum est, operatur. Ministerum ait esse Dei, ac vindicem, quo ille ad iram, hoc est ad adserendum iusticiam suam utitur, in eos qui male faciunt. Dei ergo nomine vindicat, non suo: Dei nomine ferit, non suo. Tu uero iuberis neminem ferire. Deus autem, qui mortificat et uiuiscitat, qui deducit ad inferos et reducit, impune ferit: quem ergo ille iubet ferire, ille quoque circa crimen ferit. Sic percusserūt Moses, Phinees, Samuel, Elias, Hichas, alij: quibus percussio ad gloriam reputatur. Sed caueat

magistratus ne feriat, nisi dominus iubeat. Quādo autē dominus iubeat, nemo melius uidebit, quām pius, hoc est, Is, qui nouit quoties ignoscendum sit: optime quoq; nouit, quando percutiendum sit. Licet enim Petrus septuagies septies parcere iussus esset, Ananiam tamen et Sapphiram prima uice percutit. Act. 5. quod res nimis sic flagitaret. Non enim semper adparcat angelica specie aut uoce, qui monet ut percutiamus: sed corda intus mouet, ac docet ubi sit ignoscendum, ubi uero nimis.

Quocirca necessarium est imperio subditum esse, non modo propter uindictam, sed etiam propter conscientiam. Vult nos à malefactis abstinere debere, non tantum metu poenarum, quantum cōscientiae custodia: quam sic perpetuò debeamus innocentem seruare, ut nulla in re dei uoluntati resistamus. Quid ergo Deus uelit, ut magistratibus obtemperemus, citra conscientiae periculum fieri nequeat, ut non audiamus magistratum. Quid hic commentabuntur magistratus Christiani demolitores? Conscientia est, si nō parcas impio magistratu: & contra conscientia est, si parcas Christiā no magistratu: Quid dicam; scientiam rerum fidei laudo, contentionem non laudo, ea enim sine glorie cupiditate esse non potest, que glorie propugnatricē est indubitatissimā: quod si glorie cupido ad tantas dissensiones extimulat, longissime nimirum abest charitas. Vbi charitatis

charitas abest, subuentanea sunt omnia. Propter hanc enim causam tributa penditis: Dei enim ministri sunt, ad hoc ipsum intenti. Vehementer hi autem quidam principes, cum tributa pendere debere audiunt diuino oraculo: sed parum considerant, quod dicit Propter hanc enim causam. Quae ergo causa est, propter quam tributa pendere iubentur? Hæc est, ut malos feriant, non bonos: tranquillitatem publicam custodiant. Bonos honorēt ac plantent non malos: dicit enim ad hoc ipsum intentos esse, ut loco dei vindicet: et animaduertant in eos, qui quod malum est operantur. Hæc ex Paulo de magistratu.

Dictum est ueteribus etiam philosophis: Vis nosse uirum, cōmitte imperium. Adeò late uastat hominum mentes rei glorięq; cupidus: tametsi interim pulchre cœlet omnia. Ceterū, ubi iam uia patet, nemo retrahere potest, ut uel moderate uideantur cōcupuisse: ut non alias res sit, quæ latentes cupiditates certius exulceret, quam imperium: tunc enim occasionem se inuenisse arbitratur, qua impune grassari possint. Vnde periculosisimae res est, cuiquā cōmittere imperium. Saul ut proceritate corporis, ac magnificētia omnibus anteibat, sic et animi facilitate ac simplicitate: sed quantum ille mores immutauit? Quis ingratior in benemeritū fuit, quam ille in Davida; cuius occasiōnē cum saepe fuisset obnoxius, nihil tamen ab illo mali expertus est. Pythagoram inuit omniū crudelitatem superasse tyrannorum, qum

regnū adeptus esset. Qui à tot rebus abstinerat, qui tā
 pertinaciter taciturnus erat, ut eum dices misanthro-
 pum esse, quām philocratem: is imperandi fruitione im-
 modica sic se ingurgitauit, ut haud aliter atq; ijs, qui ui-
 no adobruuntur æbrius esset & in innoxios fureret.
 Id est hu-
 mani con-
 tubernij
 osorem
 potius, q
 imperij
 cupidum. • Quis nūc tutò cuiq; cōmittat imperiū? qum simplicissi-
 mos & sapientissimos uideamus imperio immutatos es-
 se? Quid queso nobis sperandū erit de ijs, qui ut in im-
 perijs nati sunt à nulla tamen, quām imperandi scien-
 tia magis abhoruerunt; Et cum iam fungi debēt, nihil
 præter speciem principis circuferunt, cetera omnia in
 manibus cupidissimorū sunt hominū, ut iā nō unum ty-
 rannū habeant, qui sub talibus imperijs degunt, sed sex
 centos. Friget omnis iusticia, feruet cupiditas, imo do-
 minatur, quod non alia causa factū est, quām quod nul-
 li discunt imperare: putat enim si tributa sint quacūq;
 ratione amplissima, iam recte administrari imperium.
 Attamen quid de ipsis querimur? qum illi, qui Ecclesiastici,
 imo spirituales & monachi dici uolunt, Episcopi,
 Abbates tantū censemur esse boni, ac fideles ministri
 quantū annuos redditus auerint. Ne ergo temere sum-
 mam rerū imprudentibus, pueris, stupidis, cupidisq; cre-
 damus, sed ijs quorū pbitas, fides, prudētia longo usq;
 pspēctae sint, alioqui fruslra nos aliquādo queremur;
 qd' dicitur, Nō putauisse. Tribuat nobis omnipotēs pa-
 ter, magistratus tales, qui nullū aliud exēplū spēctet, q
 eius

eius, cuius ordinatione ad hoc muneric inautorati sunt:
ut ad modum creatoris nostri sese gerant, quo patres
nos multos habere gloriari possumus. Nec queri cogar-
mur, quod propheta Mich. 7. queritur: Ve mihi, inqui-
ens, quia factus sum sicut qui colligit in autuno race-
mos vindemias: non est botrus ad comedendum: præco-
Quas fucus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de ter-
ra, & rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine
insidiantur: vir fratem suum ad mortem uenatur. Malum
manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat, & iu-
dex in reddendo est. Et magnus locutus est desiderium
animæ suæ, & conturbauerunt eam. ex c. Quin eiusdem
prophetæ uocem. 3. cap. se penumero secū reputent primi
eipes, ne cupiditate uicti, oues immanius laceret, ne se
nimis impendant pseudo prophetis, Episcopis, mona-
chis, Baal sacerdotibus: qui omnium animos, aut mu-
neribus suis aut artibus, a Christo: et si non auertere pos-
sint, concutiunt tamen: ac si possunt, abducunt. Suspe-
ctus sit illis omnis apex aut mitra: quamuis enim non=
nunquam simulent se ad Christum accessuros esse, frequen-
ter tamē fit, ut oneret aliquā zamiā. Illi enim ipsi sunt,
qui regna exhariunt, dum adeò ampliter fruūtūr aliorū
laboribus, ut etiā pedibus conculcet, quibus multa mil-
lia possent ali. Prophetæ autē uerba sic habet. Mich. 3.
Audite principes Iacob, & duces domus Israël. Nunqā
nō uestrū est scire iudiciū, qui odio habetis bonū, et di-
ligitis malū. Qui uiolēter tollitis pelles corū desup eis,

Et carnes de super ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, et pellebant eorum de super excoriauerunt, et ossa eorum confregerunt, et conciderunt sicut in lebete, et quasi carnem in medio olla. Tunc clamabunt ad dominum, et non exaudiet eos, et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut ne quiteregerunt in adiunctionibus suis. Hæc dicit dominus Deus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, et prædicant pacem: et si quis non dederit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum prælium. Propterea nox uobis pro uisione erit, et tenebre uobis pro diuinatione. Et occumbet Sol super prophetas, et obtenebrabitur super eos dies. et cæ. Qd' si hunc prophetæ sermonem quotidiani audiant magistratus, ouibus aliquanto se mitiores præstabunt, quam quidam eorum hactenus fecerint. Quod uero ad secundam partem adtinet, discent hic clare Romanensium fraudes agnoscere: qui renascenti Christo, dum impe- rante cupiditate contumacius obstant, uociferant se omnia pacis studio facere, quo sibi omnium fauorem co- ciliarent. Pacis enim studiosi uideri uolumus, etiam quoniam arma tenemus in manibus, dum in castris uersamur: tam grata res est miseris mortalibus pax, cuius tamen turbae isti admodum studiosi sunt: pacem enim ideo tam anxie se querere simulant, ut interea dentibus suis oīa deuorent. Vbi enī pax uiget, que obsecro tempia sunt in quibus

in quibus isti non mendicantium ritu postulent? Quod si qui offas eorum ori non inferant, sed negent, iam sanctificant super eos prælium. Qui oro principes annis iam haud parum multis impune negauerunt aliquid Romanisibus istis, Episcopis & eorum assecclis, in quos non bella decreuerint? Quoties uidimus prodita ab ipsis foedera? Iam uero quot myriades animarum interim percusserunt? Taceo corporum, rerum, agrorum uastationes, urbium excidia, castitatis, fideique pernicië, communis iusticiæ internitionem, animorum efferationem, quæ omnia secum aduehit bellum. Vnde et nascitur, ut nox nobis sit pro uisione, hoc est, ut tenebras pro luce impletamur. An' non ad clarissimam ueritatis lucem omnes cœcutimus? et quod uere uidemus, ui lete dissemulanus? sed cuius artibus hoc fit; falsorum prophetarum, qui pro pecunia prophetat: unde mox sequitur, qd' et principes pro munib[us] iudicet. Huc igitur omnes nerui magistratibus cum sint uocandi, ut recte present, pro patribus se gerant, non dominis: et nostamen uideamus eos sic esse delitijs tumultibusq[ue] deditos, ut nihil spei habere possumus statum nostrum per eos melius habiturum. Interpellandus est unus ac solus, qui capillos capit[us] nostri numerauit, ut eorum mentes mundi huius prosperitate ferocientes illuminet, ut deū ut se se agnoscant, quo tranquille possumus hunc anti-christianicū Papæ statū deserere, nullo enī alio labore

hac in re opus est, quam desertione: si enim omnes deseramis, aut, mihi dicā, sola marsupia sic abstrudamus, ut ea inuestigare nequeāt, iam actū erit de illo. Oremus inquit, ut omnes cum deseramus, ac solius dei castra se- quamur, omnium domini, omnium patris, ac salutis. Amē.

DE SCANDALO.

SCANDALVM Græcis non modo of- fensionē, sed etiā contumeliā significat, si Chrysostomo credimus super his uerbis Mat.18. Si quis scandalizauerit unum ex pusillis istis. Et c. σκανδαλίζει p enī pro contumelia adficere istic accipit, aut contemnere: quod nimis qui contemnit aut contumelia adficitur, etiā offenditur: Et rursus, qui temere offendit, contemnit. Videtur autē nos stra sententia Chrysostomus sensum istic haud leuiter perpendisse, cū σκανδαλίζει p tā pro offendere, quam contemnere exponit. Vult enim deus, ut suos nō contemni, sic nec offendendi: Et quēadmodū non uult offendī, ita neq; contemni. Scandalū ergo est, cū contemptū cōiuncta offensio. De quo isto postremo labore, hac causa di cere cogimur, uel quod libri argumentum postulet, uel quod in utrāq; partem scandali quidā peccent, puta, qd' alij perpetuo sibi uolūt parci, etiam qum nihil possint ultra offendī, qum nihil in eorum contemptum fiat: alij uero scandali nulla ratiōe habita, p̄tinus atq; libertatis faciē intuiti sunt, ea quae tempestive posita oportet, im-

portune nō ponūt, sed abiiciunt cū tanta indignatione,
 ut fragor infirmas cōscientiarū aures offendat. Postulat
 autē libri argumētū, ut de scandalo dicamus. Fuit enim
 hactenus non modo in doctrina, quāvis istic pniciosissi-
 me, erratū, sed etiā in ceremonijs, q̄uis neq; in his leui-
 ter: qum externa ista mundi elementa sumus amplexi-
 pro spiritualibus: cassa & inania pro ueris ac solidis. Di-
 cemus igitur, ante omnia de doctrinæ scādalo, quatenus
 uidelicet doctrinæ sit parcēdū. Doctrinæ parcēdū nō
 est: protinus enī, ut missus es, doctrinā debes uulgare,
 neq; carni, neq; sanguini acquiescere Galat. 1. At tamen
 in docēdo tēpestiuitas maxime spectanda est. Ut suprā in
 Eucharistie p̄fatione diximus. Eam enim & Christus
 magnificat. et Paulus. 1. Cor., gloriatur, qd' Corinthios
 inter initia lacte nutriuerit. Non potest ergo certius,
 aut melius quisq; ordiri, quam qum ad exemplū Ioānis,
 Christi, Apostolorū sic incipit: Pessimi estis, à via dei sic
 aut sic declinastis: unde & uobis nisi uitam invnute-
 tis, uindicta crudelis imminet. Iustus est deus, non par-
 cet ferire, cum iam radici securim admouerit. Pœnitē-
 at igitur uos malorum acte deat, & mitem subito ha-
 bebitis patrem: quem, nisi mores uertatis, dirū sensu-
 ri estis uindicem. Iustus est. Sed simul benignus est, ac
 operis sui amans: atq; benignitatē, ut nobis pbaret, fi-
 liū suū unigenitū dedit, ut uiuamus per ipsū. Vita sic cō-
 tinget. Monui, ut ē pessimis optimi siatis, id qum in nouā

desperationem uos coniiciat: quis enim unquam sic in-
 nocens aut iustus fuit, ut iusticie sue ausus sit fidere? Ne
 igitur in tanta desperatione toti percatis, ostendam qui
 diuinam iusticiam pro nobis placauerit, ut istam non co-
 gamini tanquam inexorabilem horrere: Christus omni-
 um admissa innocentia sua lustrauit. Eo si fidas, saluus
 eris: sic tamen ut ipsum exuto prisco homine, induas.
 Quemadmodum sepe iam ac fuse diximus. Hic ubi co-
 gnitionem Dei, hominis, Christi dextre docueris, et do-
 minus incrementum dederit: id quod à fructibus facile
 iudicabis: cōcident oēs abominationes aut errores, qui
 cōtra Deum erecti, proq; uero cultu Dei recepti erant.
 Cum enim quisq; iam doctus erit christianum esse, qui
 innocenter uiuat, et innocentia fidat, uidelicet Christo,
 quem cruce accinctus sequitur, negliget fallaces istas
 spes, quas nobis quidam in sacramentis, in ceremonijs,
 et creaturis ostenderant: ac omnia sua uidebit in Deo
 sibi esse posita. Quocirca imprudenter faciunt, qui du-
 id est ino-
 pinatisse = am si ijs qui iam aliquantum promouerunt, leuia satis
 ma uel ali uideantur. Exempli causa dico: Si tu christianismum, ut
 aliquot sēculis fuit error, à negligenda in diuos spe or-
 diaris, doctrinam potius eliminabis quam insinues. Etis-
 am si animus uehementer ad istas uoces adhortetur. Er-
 ratis pro dijs colentes, qui dij non sunt: in dominū spes
 omnis iacite, nō in creaturam. Impij sunt qui creaturā
 creatoris

creatoris loco habent. Qui uero creaturā inuocant, Dei
loco habent: hoc enim cuiq; Deus est, quo fudit se aut li-
berari, aut donari, uel quo degrauatur, uel quo eget.
Cum igitur hoc pacto res ordienda sit, ut fructum plus
rimum domino adferamus, nunquam incipiemus ab his
quæ causam totam pessundent: sed quædam quæ maxi-
me necessaria sunt, ut Dei cognitionem, hominis, Euani
gelij fideliter ac scite proponemus: quædam uero pre-
memus usq; ad opportunitatē. Hæc breuiter de scādalo
in doctrina seruando. Qui enim me, inquit Christus, con-
fitebitur apud homines, hunc ego cōfitebor coram an-
gelis Dei: contra uero qui me negauerit coram homini-
bus, huius me pudebit coram angelis Dei. Debet ergo
quæ fidei cardo sunt incunctanter prodi: que uero cō-
tra ipsam sunt, arte cōuenit demoliri, ne ruina noceat,
Et lapsa paucula ista quæ extorta erant, adobruant.
Facile persuadet senem ut sellam deserat, si baculum
prius quo niti posset in manum dederis: qui te alioqui
nunq; auditurus est, sed insidiatorē potius iudicaturus,
ut qui cupias prouum ad silicem cranium frangere. Sic
mentes humanae ante omnia sunt ad infallibilem Dei co-
gnitionem adducendæ, quam ubi recte attigerint, iam
facile dimittent fallaces in creaturas spes. Iam ad exter-
na transimus, docebimusq; ut in illis sit scandali ratio
seruanda. Externorum alia sunt quæ ad uitium perti-
nent, alia quæ ad institutum uitæ, alia uero quæ ad salu-

tem uidentur pertinere, cum nihil sit. Quae ad uictum
 pertinent, offensioni sunt obnoxia facta, Romani anti-
 stitis cauponatione. Quomodo enim aliter ad pele-
 uafriciem istam, qua à quibusdam cibis interdixit, hoc
 tantummodo fini, ut magno redimere cogeremur, quibus
 carere non potuimus? Cū tam ad perte Christus dicat,
 Marci. 7. Nihil est extra hominem, introiens in eum, qđ
 possit eum coquinare. Neq; est, quod hic de tempore
 opponamus, dicētes: Ciborum genera non esse interdi-
 cta, sed certis temporibus quorundā usum uetitū. Ver-
 bum enim Dei liberum est, nec ad certa tempora con-
 stringi se patitur. Atq; hoc ipsum qđ diximus, pecunie
 reddere, quod tyrannide interceptum erat, satis indi-
 cat Dei præcepto à nullo cibo prorsus interdictū esse:
 si enim Dei uerbo sancitum fuisse à quibusdam absti-
 nendum esse, nulla rogatione legis opus esset. Unde ma-
 nifestum fit, quod dum Pontifex legem rogat, de suo fa-
 ciat. Qum autem accepta pecunia abrogat, probat di-
 uinum nō fuisse qđ abrogat: legem enī diuinā quis ab-
 rogarē poterit? Prædicit & Paulus. I Tim. 4. futurum,
 ut ad hunc modum sint quidam cauponaturi. Sic in-
 quiens: Spiritus diserte dicit, quod posteris temporibus
 quidam recessuri sint à fide, aduertentes animum spiri-
 tibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, qui per
 hypocrisim mentientur: quorū tamen conscientie cas-
 terio adiuste erūt, prohibētes nubere: abstinere à cibis,
 quos

quo^s deus cōdidit ad sumendum cum gratiarū actione
 fidelibus, & ueritatē cognoscētibus: nēpe quod omnis
 creatura Dei bona est, & nihil abiectū, qd' cū gratiarū
 actiōe accipitur. &c. Clara sunt ista Pauli uerba. Cū er-
 go dicit ijs, qui ueritatem cognoscunt, patēre, qd' omnis
 creatura Dei bona sit, & nihil abiectū, erunt nimirum
 qui protinus dicant: Ego sic planè credo mundis omnia
 esse munda, unde & nihil morabor quibuslibet cū gra-
 tiarum actione uti, nullius habita ratione: quia enī mea
 libertas iudicetur ab aliena cōscientia? Hic ergo Scan-
 dal ratio sic est habenda: Considerabis proximum an
 infirmus sit an cōtumax, an pius. Infirnum debes ad te
 adsumere, hoc est manum præbere, quo & ipse ad men-
 suram tuæ cognitionis possit ascendere: neq; hoc per mi-
 rabiles inuentionum anfractus, quibus ille magis irretia-
 tur, quām explicetur. Sed claris istis: Mūdis omnia mun-
 dū. Tit. 1. Et omnis creatura dei bona est, atq; ad hoc cō-
 dita ut ea cū gratiarū actione utamur. 1. Tim. 4. Et nihil
 est extra hominē introiens in eū quod eum cōaminare
 possit. Mar. 7. Mat. 15. Et scio qd' natura sua nihil est im-
 mundū, sed ei tantū est immundū qui existimat immundū
 esse. Rō. 14. Quibus ille si fortior factus erit, iā tuto li-
 cet corā illo quouis tēpore quēuis cibū edere: si minus
 parces eius infirmitati quādiu est infirmitas. sic enim
 inquit Paulus. Rō. 14. Si propter cibum frater tuus cō-
 tristatur, iam nō secūdum charitatē ambulas. Noli cibo-

tuo perdere illum pro quo Christus mortuus est. Et noli propter escam destruere opus Dei. &c. quæ illuc, ut omnia, diuine differit Paulus. Rursus. i. Cor. s. sic habes: Si esca fratrem meum offendit, non edam carnes in aeternum, ne fratrem offendam. Quamdiu ergo frater infirmus est, non contumax, parcendum est illi. Quod si contumax sit frater, iterum ei parcendum est, si tuus cibus possit aliquam turbam dare. Non debes enim propter escam destruere opus dei, hoc est: Non debemus propter ciborum libertatem cõmitere, ut Euangelium reddatur odiosius. Si uero citra turbam & offensionem post sufficientem doctrinam potes edere, licet. Non enim tam bene cum mortalibus agitur, ut rectissima quæc; omnibus placeant: nunquam defuturi sunt qui obliterentur: sed hoc semper spectandum est, ut quæ pacis sunt, seculum. Thimotheum circumcidit Paulus, quod Iudei tantopere urgerent: neq; ipse, citra magnam turbam & offensionem Euangelij, posset resistere. Act. 16. Titum autem non potuit compelli, ut circumcidet. Galat. 2. Quod iam doctrina tantopere promouisset, ut & melior & maior pars uincere posset citra turbam & offensionem. Sic ergo paci ac tranquillitati studendum est in his, quæ ad uitium adtinent, ut infirmis, quamdiu sunt infirmi, parcamus: contumacibus uero, quamdiu citra turbam libere non possumus uti eo, in quo liberis sumus. Nam si perpetuò cuique contumaci cogamur parcere,

percere, nulla re unquam libere licebit uti: semper enim sunt procaces, qui quascūq; res temere, & consilia cālumniari audent. Si autem pīj sunt fratres, nulla est offensio quicquid edas, modo seruaueris modum.

In his quæ ad uitæ institutum pertinent, debemus omnes innocentissime ambulare, ut bona conuersatione nostra, qui increduli sunt, accendantur ad sequendum eum, cuius discipuli tam candide uiuunt. Debemus igitur confessim Gentilium licentiam abijcere, quod satis superq; fuerit tam diu ad carnis regulam uixisse. Sicut Petrus docet. i. Pet. 4. Et Paulus. Rō. 13. Deponamus ergo, inquiens, operatenebrarū, et induamur arma lucis, ac tanquam in die ambulemus, nō in commessionibus & ebrietatibus, non in cubiculis & lasciuījs, nō in contentione & emulatione, sed induimini dominum Iesum Christum. Ad eundem modum. i. Corin. 5. ait: Nunc autem scripsi uobis ut non commisce amīni. Si quis frater nominatus, aut scortator, aut auarus, aut idolorum cultor, aut calumniator, aut æbrius, aut rapax sit, cum tali non edendum esse. Licet ergo primo quoq; tēpore hæc omnia abijcere, quæ quam longissime debent à christiano homine abesse: imò sic debent abesse, ut de Ecclesia protinus sint eliminenda. Si ergo hactenus scortator fuisti, scortū desere: aut si continentia negata est, uxorem quære: uel hoc ipsum scortum in uxorem converte. Hic uero maximum oriri scādalum solet: si enim

DE SCANDALO

Ecclesiastici ut uocant nubere cœperint, subito coor-
untur qui se offendis simulent, quanquam minime offen-
dantur: sed rei gratia, cui ueretur aliquid decessurum,
offensionem prætexunt, ut ante a dictū est. Debet igitur
quisq; à scortatione quàm longissime abesse. Ignorat al-
tem simul nemo scortationē ingens crimē esse. Dices igi-
tur. Debet ergo citra omnē scandali rationē quisq; uxo-
rem cōfēstī, ut incōtinētiā expertus est, ducere, cū
nihil uertet, ac nihil dehortetur: nemo enī offendī potest
cū nemo sit qui scortationē neget eliminādam esse. Hæ
cause sunt, ut aliquandiu putauerim hac in re nullam
haberi debere rationem scādali. Cum autē uideam ista
duo: Scortationem abesse oportet à Christiano grege,
et: Nemo ignorat Scortationem flagitiū esse: fortia sa-
tis esse ut meritò nemo deberet scādali rationē habere.
Simultamen uideam Antichrīstum, hoc est, Rom. Ponti-
ficem nobis oscitantibus imò stertentibus scandalū po-
suisse, sic ut cum nunc euigilare uolumus, offendamus.
Quibus enim à matrimonio nō interdixit contra omnē
legem Dei? Qum ergo ei aliquandiu haud parum fidei
sit habitum, fuit omnino scandali respectus habendus:
sed nō aliter quàm doctrinæ. Ea debet nulla parte omit-
ti, ueruntamen tempestiue dispensari. Sic et scortatio
pœnitus eliminanda est, et superinducendum, si arde-
as coniubium: sed oportune. Vnde et quidam apud nos
fratres, quo ut offensionē cauerent, et cōscientie stimu-
lis

lis mederetur (angebat enim scortatorem esse) clam matrimonium cōtraxerunt, ne mens scortationis esset conscientia: et hoc vulnere percussa, frigidius oīa quam oportet faceret, et cōtractum cēlauerunt, donec oportune posset doctrina proponi de connubio. Ea ubi iam exposita fuit, ut liquido omnes uiderent, nihil causæ impedire posse, ne cuique uolenti liceat uxorem ducere, iam pāsim cōperunt noui prodire mariti. Ibi tyrannorum quidam innocentes trucidare, quidam uero sacerdotijs exutos, relegare. Hic igitur orta est quæstio, an non debuerint, qui sic paulo maturius cōnubia publicauerūt, aliquanto longius cunctari. Respondemus: Nihil ultra cunctandum fuisse, ubi cunq; doctrina iam probe expressa esset: impios enim magistratus nunquam induci posse, ut non atrocissime scuiant. Fuerunt tamen non nulli aut imprudentes, aut falsi fratres, qui Christianismum à connubijs ordiri pergerent: ubi rem non improbo, sed consilium: parum enim consultum fuit nulla alia re Christianum se ostendere quam connubio. H̄ ergo nonnunquam uidentur occasionem dedisse tumultibus, quam præuenisse. Porro ut nūc oīa, præsertim in Germania sunt exposita, nullus est scandalo relietus locus, quin matrimonii omnibus liceat amplecti qui continent, sicut qui ex tyrannis imminent ac cedunt, fuge in aliam ciuitatem: satius est enim cum Zenne omnia, hoc est, exoneratam scortatione anima

exportare, quām in medijs diuitiarum spīnis intus crūciari, etiam si extra persecutor non urgeat.

In his autem externis, quae ad salutem pertinere uidentur, sic est scandali ratio seruanda. Debent quae ad salutem uidentur quid facere, prodi quomodo nihil possint nec sint, haud alia ratione quām doctrina: sed ita ut eum ante omnia conciliemus, in quo solo conscientie conquiescunt. Signa uero externa ista esse ostendemus, quibus proximo potius, quām nobis ipsis aliquid faciamus. Qualia sunt unctiones, aspersiones, benedictiones, & id Genus ceremoniæ. Vbi uero iam uerbo omnia sunt prodita, abiencia sunt cum tranquillitate signa ista, quae humana iniunctione fuerant inducta, cōsideri ratione qua cibi uetiti. Sic enim Paulū cum circūcisione uidemus egisse. Cum enim optime nosset, neq; circumcisioñē, neq; preputiū quicquam esse. ut. 1. Cor. 7. & Galat. 5. docuit, adhuc tamen Timotheum circumcidī passus est. Sed hoc strenue inculcandum est, ut in ista externa nihil spei habēdum sit, nihil enim posse: ac deinde infirmitati quorūdam cedendum est. Sensus enim nō temere persuadētur, ut cōfessim deserere possint, qđ mens iam dudum reiecit. Neq; hoc quisquam sic accipiat, ut putet perpetuo toleranda esse, de quibus loquimur, sed ad tempus. Auferenda enim sunt hosti arma, ne ipsos aliquādo se rursus ad pugnā instruat. Qđ & Christus in parabola fortis armati significauit. Lue. ii.

Si autem

Si autem fortior eo superueniens, cum uicerit, iam uni-
uersa arma eius auferet in quibus confidebat. &c. Ecce
ut arma quoq; innuit auferenda esse, ne scilicet ista, que
abolita oportet, si permanere sinamus, in priorem era-
rorem aliquando reducant. Sunt enim quidam adeo te-
neri, ut non aliter quam uites, proxima queq; ample-
ctantur: ac ubi amplexi sunt, difficulter amittunt: remo-
ueda sunt igitur ista, in quibus tanta est seductionis oc-
casio. Sed cum scandaliratione. Quod si nunc dicas:
Quis ergo uidere poterit, quando ista, que aliquadiu
firenda sunt, abolenda sint? Quis enim sciet quando se-
cutora sit turba, quando minus: Is cuius oculus dexter
est ac simplex, huius enim totum corpus dilucidum est,
non habens ullam partem tenebrarum. Hoc est, Qui do-
mino suo fidelis est, omnia illius causa facit, sua uero ni-
bil. Vbi enim solius Dei gloria spectatur, omnia fœlici-
ter procedunt. Et si quando ignis, hoc est persequatio ua-
stabit, nihil magis nocebit, quam auro ignis. Vbi uero
nostra spectare incipimus, iam ab igne persequitionis
absumemur haud aliter, quam lignum, fœnum, stipu-
la. Quo pacto uero expurgabimus oculum, ut clare
possimus perspicere, quando sit ordienda tela? Respon-
demus: Isto igne purgabimus, quem dominus uult uehe-
menter ardere, que est charitas: haec omnia nouit, o-
mnia uidet, semper ad edificandum intenta est, non ad
destruendum. Scientia nonnunquam sic inflatur, ut etiā

rumpatur, sed non ædificat scientia. Hoc enim charitatis est. Cor. s. Scientia inflat, charitas autem ædificat: uult enim pomeria eius, quem amat, quam latissime proferre: omnia ergo patitur propter Christum: omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet: immo nusquam excidit, hoc est nusquam fallitur: nusquam non repte rem gerit. Cor. 13. Vbi enim charitas est, ibi Deus ipse est, ut satis diximus antea. Sed nunquid in potestate nostra est, ut amemus? Minime. Sed neque in potestate nostra est, ut ædificare, aut uelimus aut possumus: quāuis in ore omnium sit, quod se domino ædificaturos esse gloriantur. Tam audax est hypocrisis. Aduertendū ergo est, quod quandoquidē Deus est, qui perficit in nobis, & uelle & perficere Philip. 2. nimis hi, qui uolunt ad domini gloriam ædificare à domino docti sunt, ut uentre, ut omnis mundus subditus fiat deo, qum omnia potes tum ferre, tum facere propter deum, certus sis, qd dominus hoc in te operatus est. Te ipsum igitur consule, ac tui ipsius iudex es tu. Nemo nouit an aliquid subdolum in pectore alas, quam tu ipse. Et cum iam sensis ex animo & ueraciter te Christi gloriae fauere, iam diuina potentia uoluntas tua ad illum adducta est. Omnis enim, qui audiuit à patre, & didicit, hic uenit ad me. Non faues Christo, nisi pater te ad eum adduxerit. Collige igitur nunc singula. Si uideas te Dei amore sic fligrare

grare, ut omnia ad eius gloriam referas, iam uoles eius
aedificium excitare: si uoluntas tua huc spectat, iam hoc
in te operatus est Deus. Quicquid ergo aedificabis, nū=
quid corruet: nixum est enim petra, quam euertere ne
mo potest: scies quoq; quomodo te oporteat aedifica=
re, dabit enim dominus in omnibus intellectum. Dices:
Quis autem Ecclesiæ dicet, an is, qui aedificare incia=
pit ad aedificandum Deo, animatus sit nec ne? Quod ta=
men maxime necessarium est ut cognoscamus, nam a=lió qui, ut sunt hæc tempora, facile in maxima dissidie=incidemus, si uidelicet non agnoscamus aedificantis a=ni=um: omnes enim uideri uolunt ad gloriam Dei aedi=ficare. Respödemus: Multæ sunt uiae quibus singuli pos=sunt de aedificanti iudicare, in quibus quemq; mittimus
abundare in suo sensu: quisq; enim dicit se ex isto, aut
alio deprehendere fraudem aedificantis: modo nihil fiat
ex affectibus. Due uero potissimum sunt uiae, quibus
indubie docentis animum potes deprehendere: una
quam Christus docuit, qua ex fructibus cognoscitur
doctor, siue quos ipse pdit, siue quos querit. hoc enim
posteriore sensu dixit Christus, Mat. 7. ex fructibus eo=rum, hoc est, ex eo, qd' querunt cognoscetis eos. Si ergo
huc tātū spectat doctor, ut magnifice alatur et colatur,
nemini potest obscurum esse, an deo aedificet an sibi. Si
uero nihil q̄ uitiorum lerna est, etiā si clarissime doceat,

DE SCANDALO

minimus est in regno Dei, hoc est, In Ecclesia Dei nulus est. Capitur ergo hoc iudicium ab ipso quem iudicas, quamvis hac ratione, ut solus apud alios non damnes, nisi ubi dannat Ecclesia. Opus est enim quod ubi damnat Ecclesia, quisq; qui Ecclesiae membris est, apud se quoq; damnet; quamvis, ut diximus, nemo debeat pronunciare: nolite enim iudicare. Et ceterum donec pronunciet Ecclesia. Hic enim de priuato cuiusq; iudicio dicimus, quo quisq; in Ecclesia uidet qualis sit doctoris animus, etiam si Ecclesia cunctetur de ipso pronunciare. Hæc se ita habere probat hæc nostra tempestas, quam omnis simul plebs christiana, ut primum sese ueritatis in publicum recepit, desertis ijs, quorum sermo auariciam id est ex=tulit: cum inter principia Rōtorum alium non haberet, plorator, quam dominatum et auariciam. Altera uia, qua ædificat Lydi=ficantis animus etiam iniuti deprehendi potest, domino us lapis. ædificet, an gloriæ studeat, hæc est. Scribit Paul. R. 14. Non est enim regnum Dei esca et potus, sed iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in his seruit Christo, deo placet, et hominibus probatur. Cuius ergo labor huc tendit, ut publica iusticia uigeat: ut quisque domisue ante omnia innocentiae studeat: Qui totus in hoc est, ut quoad per nos stet, pax cum omnibus hominibus seruetur, ut conscientiae in tranquillum fidei amorisq; Dei portum sistantur, ne omni uento circumagantur:

agantur: Cui hoc tantum cordi est, ut omnis tristitudo,
que ex mundanis cupiditatibus orta, mortales diuexat,
quam logissime exterminetur, quo christiana hilaritas
et gratia inter omnes constet: Hic nimis domino edifi-
catur. Experitur autem hoc quisque apud se, an docen-
tis tota uis Deum atque innocentiam respiret, an mi-
nus. Qui ergo christianam traquillitatem propter ex-
terna quedam turbant, quibus conscientiae nihil iuuantur,
nulli rei student quam gloriae, etiam si insimam his
militatatem simulent: ea enim sola grassatur hypocrisis,
teste Paulo Coloss. 2. Quemadmodum faciunt qui hac
tempestate aut infantibus Baptismum negant, aut adul-
tis denuo impertiunt: hi enim sic contendunt, ut ama-
rius nihil unquam uideris aut acerbius. Vbi igitur est
humilitas? nam ubi est contentio et emulatio, illuc ca-
ro regnat, teste Apostolo. 1. Corint. 3. Prodere quosdam
nominatim suaderet ipsorum procacitas, qui totas ur-
bes pulcherrime Christum sapere incipientes, in atro-
cissimum dispidium rapuerunt, solum ut hoc obtineret,
infantes non esse baptizandos. Quid bone Deus in sa-
nia est; quid furor; quid dementia; si hoc non est? Hoc
putare spiritum tuum esse, qui ex ipsis fructibus se se pro-
dit; quod alterius ne esse quidem potest, quam inimici
hominis diaboli. Sic tentat nos Satan, postea quam ui-
det persecutione non successisse, contentione tentat:
Ut ferre optanda sit persequitio praet contentione: bas-

428 DE IMAGINIBVS ET STATVIS

enim periclitatur anime, illa solummodo corpora. Sic quidam sunt, qui uident simulacra Tiguri tam in urbe quam in agro cum summa tranquillitate mota esse, ubi cuncte colebantur, iam & ipsi hoc unum agunt, ut apud se quoque teneris aduc fratribus, ac uehementer impingentibus, moueantur. Ne scilicet inferiores sine alijs: Doceant primū ut auditores recte habeant in his quae ad Deum pertinent, & subito uidebūt hæc omnia concidere. Vbicunque enim Deo fuditur, ibi uiderimus Satananam de cœlo tanquam fulgur cadere. Luc. 10. Innocentiam ergo plantemus, pacem ac animorū in spiritu sancto hilaritatem, & Satan de cœlo trahemus, & scandali rationem in rebus omnibus rite seruabimus: adest enim Deus operis.

DE STATVIS ET IMAGINIBVS.

TAT VERAM de Statuis & Imaginibus hic nihil dicere, quod peculiari libro primo quoque tempore de eis germandice scribere decreueram. Attamen cum iam uela colligere inciperemus, ueterunt quidam ex fratribus portum spectare, donec & hunc suum perlustrauerimus. Breuissime ergo absoluemus qd' in hac re summum est. Quis enim contentiosis animis unquam satisfaciat? Statuas, imagines, & simulacra nemo tam stolidus est, qui putet abolendas esse, ubi nullus eis cultus exhibetur.

exhibetur: quem enī moueant Cherubim, siue mysterij
 siue ornatus gratia, cum in propiciatorio tum in cor-
 timis opere Phrygio uolantes aut Palmæ: Leones: Bo-
 ues: Mala punica, & id genus ornamenta in templo So-
 lomonis artificiose fabrefacta: Rursus ubi colūtur, quis
 tam excors est, ne dicā perfidus, ut ferri debere putet
 sed certa scādali habita ratioe. Quod si statuas & ima-
 gines nusquam scripturarum præceptum esset, dummo-
 do coluntur, demoliendas esse, satis esset charitas, quæ
 indubie monet quālibet fidelem mentem in usum egen-
 tium cōuertere, quod in cultum simulacrorū insūmitur.
 Ut primū enī dicit humana ratio: In honorē Dei aut diu-
 nis alicuius hanc statuā eriges, contradicit nimirū fides, di-
 cens in pauperū usum debere cōuerti, quæcunq; in do-
 mini uelis honorē expendere. Cum enī Christus ad in-
 sultantis Iudeū uocem, discipulis omnibus diceret: Paupe-
 res semper habetis uobiscum, me autem non semper ha-
 bebitis: & istis potestis benefacere: omnē uisibilē cultū
 à se in pauperes deriuauit. Ne igitur Deū ullis huiusmo-
 di honoribus defatigemus, quos in pauperes trāstulit:
 sed eō cōferamus, quò ille iussit. Nam & à mortuis re-
 surgens, noluit ut se eadem Magdalene tangeret, quæ
 prius lacrymis pedes abluerat, &cæt. propè enim esse
 ut ad coelos ascēderet, tam & si eam profectionem non-
 dum ordiretur, cōparatis licet ad eam omnibus necessa-
 rijs: ubi his nihil esset opus, que illa ei facere parabat.

D d ij

430 DE IMAGINIBVS ET STATVIS

Quod autem quidam dicunt: Imaginibus hominē doceri, ac ad pietatem moueri, de suo faciunt. Nusquam enim Christus hunc docendi modum docuit: neutiquam obmissurus, si profuturum esse praeuidisset: quin contra non ignarus omnium, quae uentura sunt, uidit crebro fieri, ut ad illa, quae sensibus patent, cōuertamur: noluitq; ut doctrinæ occasione imagines redderetur nobis auggstiores. Videmur enim, non nihil debere eis, qui nos docent. Verbo dei doceri debemus externe, interne sp̄itu, quae ad pietatē pertinent, nō opere per manū artificis sculpto. Sed ad cultum redimus. Quid non uidit statuas publice colis an' earum cultus minimum partem opum Ecclesiasticis attulit? Qui monachi tam humilem ægestatem unquam simularunt, ut non ad imaginum cultum stipem emendicauerint? Quid aurum, argentum, gemmas, margaritas recitem, è quibus aut solidant simulachra, haud minus, quam apud Gentiles: aut uestis sic riget, ut stare si iubeas non recuset? Quid imaginū tactum, nōnne omnes rem sanctā putauimus? Quis oscula infiximus, cur genua demisimus, quid aspectum solū tanto emimus? Has inquā loco mouēdas censet dominus. Sed obijcit iterum cōtentio: Imagines non esse cultas: sed eos quorum sunt. Respondemus: Neq; Gentes ullam unquam fuisse tam stolidas, ut lapideas, ac ligneas statuas propter seipcas coluerint, sed in his uenerabantur Ioues & Apolines suos, unde tāet si frequenter

frequenter derideant sacræ literæ simulachrorum cultū,
 quasi cultores lapides colerēt ac ligna, nemo tamen igno-
 rabat, quod ista minime colerent, sed in istis potius eos
 quos deos esse existimabant. Qum autem dij isti nihil
 essent, nisi fortasse dæmones, qui miseros ludificabant,
 dictum est in contemptū eorum, qui dij nō erant, quod
 nihil aliud essent, quam lapides aut ligna, aurum, æs,
 argentum, quo cultores uehementius abhorserent. Cū
 ergo dicitur, nos imagines non colere: quod tamen fal-
 sum est nam augustus colimus, quam illæ Gentes idola
 coluerint: sed donemus hoc. Non tamen sequitur, licet
 ergo imagines habere dupli nomine: Primum, quod
 tam diserte habemus, tam in nouo, quam ueteri Testa-
 mento idolorum cultum esse uictum. Hac enim ratione
 distinguuntur unius ac ueri dei cultores ab idololatriis,
 quod nos Deum colimus, qui inuisibilis est: quiq; uerat
 ne se ulla uisibili figura exprimamus. Isti autē deos suos
 qualibet specie induunt. Quocirca imaginem nullā
 debuerunt unquam ei Christiani fingere, quem cole-
 bant, ne more impiorum hominum incederent: multo
 minus eis, quos colere nulla ratione licuit, etiam cum
 aduc in humanis agerent. Quod de Christo quidam
 obijciunt tam imperite faciūt, ut me iam inde ab initio
 pertesum sit, ad illorū nugas omnes respōdere. Quomo-
 do n. ignorare possunt Christū, quatenus uisibilis est et
 homo nulla ratiōe: quatenus aut̄ deus est, colendū esset

Qm ergo dicunt Christū, ut deum posse exprimi, fala-
 luntur, diuinam enim eius naturā nulla ars adumbrare
 potest, nec debet. Si uero dicunt exprimi posse, ut ho-
 minem: Queremus an expressi imaginem liceat colere
 nec ne, negabunt haud dubie: nulla enim prorsus ima-
 go colenda est. Deinde, hanc non licet colere. an? ergo
 purā humanitatem Christi? negabūt iterum. Quid igit
 tur intelligimus, qm dicimus per crucem ligneā Chri-
 stum colis? an? diuinā naturā; at illa fungi nequit: an? hu-
 manā; at illa coli hoc pacto non debet: multo minus ul-
 la imago eorum, qui Christi sanguine redempti sunt.
 Verum quis omnium contentionibus respondeat bre-
 uibus: in eo libello, quem superius polliciti sumus ista
 friuola clare conuellemus, deo auspice. Secundo sic pa-
 tet, imagines non licere habere, etiam si non colantur:
 quod ratio ista exempli, propter quam perhibent ha-
 beri posse, immensum frigus nostrum produnt: primo
 quod nullus amor Dei sit in nobis: is enim satis extimu-
 lat ad recte uiuendum: deinde quod nō tutum est omnia
 sequi exempla, qm eius qui exprimi non vult. Cum
 ergo frigus amoris Dei in nobis sentimus, quo deinde
 sit, ut ad omne opus diuinum tepeamus, nullis imagi-
 nibus potest mens accendi ad amorem Dei: affectum
 quendam nugacem, ac mox peritum potest mo-
 uere imago, amorem incendere non potest: For-
 cum incendere potest, ac uitimam ligneā imago,
 sed

sed in aera cordis pecunios affectus nemo potest adole-
 lere, quam diuinus spiritus. Hec brevia per con-
 tentionem diximus tantum, ut gustum quendam præbe-
 mus prodituri olim libelli: quo interim ij qui statuis
 & simulacris aduocat, uideant, quod si rationibus res
 gerenda sit, evidentius futurum, ut nullæ prorsus ima-
 gines possint seruari, quam ut dicitur apofaos sint, ubi ci-
 tra speciem mali esse non possunt. Non quod aliud sen-
 tianus quam ab initio diximus, nempe tolli debere ubi
 colitur. Quid ergo hac in re quæ tam dilucidis & cla-
 ris sanctionibus ubiq; per scripturam sanctam expre-
 sa est, arguti sumus; præsertim qum nemo grassetur in
 illis imagines quam quæ coluntur? Et fieri nequeat,
 ut imago, si proset eo loco, quo ea ponuntur quæ coli-
 mus, non reddatur maior augustiorq; & ea quanto ma-
 ior & preciosior est in oculis animi nostri, tanto mi-
 nor est in Deum fiducia. Scripturæ autem loci qum tot
 ac tanti sint, opportunius est ut eos numeris ostenda-
 mus potius, quam de integro hunc ponamus. Lege ergo
 Exodi. 20. quo capite de aureis, argenteisq; statuis in-
 uenies. Exod. 34. Leuit. 19. Leuit. 25. Deuter. 4. Deut. 5.
 Primo Regum. 7. Nume. 25. Deuter. 7. Deut. 11. Deut. 13.
 Deuteronomio. 27. Iosue. 24. Iudic. 10. Psalm. 69. Psalm. 114.
 Isaiae. 42. Isaiae. 44. Hieremias. 10. Hieremias. 13. Eze-
 chiel. 14. Ezechiel. 6. Micheæ. 1. Abakuk. 2. & quarto
 Regum. 18. quarto Regum. 10. quarto Reg. 23. secundo

Paral. 31. 1. Cor. 5. Actorum. 15. 1. Cor. 8. 1. Cor. 10,
 1. Cor. 12. Galat. 5. 1. Tessal. 1. 1. Petri. 4. 1. Io. 5. sunt
 & præter istos multi alij, sed his, qui contentus esse no-
 lit biblia tota euoluat. Cum autem optime lector singu-
 los istos locos excuties, inuenies alicubi deos alienos es-
 se uetitos: alicubi simulachra: alicubi uero simul &
 deos alienos & imagines: quod tu non sic accipies,
 quemadmodum contentiosi perhibent, sed citra uerbi
 autoritatem, ut putes deos alienos tantum esse prohi-
 bitos, aut quod simulachra pro dijs sint, uel habita uel
 posita: tametsi ad uerbum nonnunquam dicti loci uide-
 antur huc tendere. Si enim uoluisset deus, deos ali. nos
 tantum uetare, simulachrorum frustra ullam mentio-
 nem faceret: si enim, ut isti dicunt, imagines licuit ha-
 bere, cur ueta? Rursus, si imagines ac dij alieni eadem
 res sunt, debent nimirum imagines sic non coli, ut dij
 alieni. Si uero dij alieni peculiariter sunt uetiti, & si
 mulachra peculiariter, quod ergo non uidemus omnem
 contentionem iam decisam? Nemo enim negat deos alie-
 nos coli non debere, hac causa, quod ab eis interdictum
 sit ore diuino. Cum ergo concedimus ab imaginibus
 non minus interdictum esse, quam à dijs, quorum sunt
 imagines, quod non eodem modo concedimus imagines
 haberi nulla ratione posse, quemadmodum nec deos
 alienos? Hæc causa est, quod aduc multos, aut alienos
 deos habemus. Cogimur inuiti hoc dicere, clamdestinus
 enim

enim morbus est, neque cum confitentur qui eo labo =
rant. Hoc cuiq; Deus est, quod sperat sibi, dum res postu =
lat, opitulari posse. Nunc uideamus an non omnes sta =
tue ac pleræque imagines in templo sint positæ, ut nos
opitulatorū corum admonerent, ad quos in malis diuer =
sis curreremus. Magdalena ligneam posuimus, ut nos
eius admoneret, cui dimissa sunt peccata multa: non
quod eam uellemus imitari ad pedes domini sedendo, et
verbū eius audiendo ac sequendo, sed quod spem isti
coelesti haberemus: quod quemadmodū illa carnis im =
becillitate uicta, quondā impensius genio indulserat; sic
hodie quoq; sit apud Deum pro scortatoribus aduocatu =
ra: imo scortationem ipsam ignotura: fuerunt enī qui
diuīs tribuerent, quod solius Dei est. Iam eam de am se =
timus, quod uere nemo negare potest: & imaginem eius
ipsius gatia coluimus, tanquam huic Deæ nostræ rem
gratiam facturi. Et has imagines aduc suademus serua =
ris. An non omnes uidemus ad ea loca pro ope adcurri,
ubi imagines positæ sunt? Anne cuidam: nam an Dei =
paræ uirginis parens hoc nomine vocetur, non constat
sacris literis: sed donemus hoc ei nomen fuisse. Anne in =
quam diuæ passim suplicatū est: sed simul ubiq; erectæ
statuæ: quæ ut primum erigebantur, iam plebs ante eas
procidebat: iam se beatā fore putabat, si ad ligni oscu =
la tactumue fuisset admissa. Vide quam augusta sit no =
bis facta imago, quam pictor in Deum exaltauit, aut

nostra potius insania. Quoniam ergo sine isto periculo non
sunt imagines in templis, qui fit, ut ulla aduocatione di-
gnemur eas res, quae tantopere à deo abstrahunt? Fie-
ri nequit, ut, quorum unica spes dominus est, odio non
prosequantur, quicquid uel monimentū solūmodo est
eius rei, quae à deo abstrahit. Tolle hanc Annæ imagi-
nem, & nemo illò cōcurreret, ubi prius erat posita. Pro-
bat hanc sententiam Stammensii Christiana constan-
tia, qui Annæ statuas in delubro suo parum Christianæ
cultas: Iuxta Tigurini sacerdos decretum eicerunt &
combusserunt: nolentes hunc abominabilem cultum in
oculis creatoris sui, piorumq; hominum ulterius ferre.
Post quod factum nemo istic querebat, qd' se prius qui-
dam falso inuenisse prædicabat. Sic ludificat dæmon. Sic
de omnibus imaginibus in genere nemo non videt sena-
tiendū esse. Qd', nisi spes magnas haberemus eis, quo-
rum imagines colimus in templis, non tam grauiter pa-
teremur efferrī: quin potius quanto maior ac integrior
fides nostra in deum esset, tanto maius studium quoq;
esset omnia ē medio tollendi, quae à Deo auocant. Cum
ergo dicunt: Imagines haberi possunt, ut doceant: Est
illis de doctrina satis responsum, unde nam istam de-
beamus haurire. Sed ex hoc addimus, quod quandoque
dem certum imminet periculum diminutionis fidei, u-
bicunque imagines in templis prostant, imminet ado-
rationis

rationis & cultus periculum: non debent non aboliri
 in templis, & ubi cunq; periculum culius imminet. Sic
 & hæ modo imagines aboliri debet, quæ pietatem of-
 fendunt, aut fidem in Deum minuunt: quales omnes his
 manæ specie sunt, quæ pro aris ac templis ponuntur,
 etiam si inter initia non sunt diuīs positiæ, facit enim di-
 uturnitas temporis imaginem augustam, ut pessimum
 nō inquam tyrannum ac impium hominem uideamus
 pro diuo cultum, non alia causa, quam quod ei aliquan-
 do statua fuit in templum posita: quam deinde, ut in tē-
 plis omnia sunt augustiora, simplicitas amplexa fuit ac
 coluit, cum aliquot sœcula simulachrum reddidissent
 & uox poterop; hoc est nigrius aut fuliginosius. Iuxta
 hæc non putamus eas esse deturbandas, quæ fenestris
 ornatus causa insertæ sunt, modo nihil turpe præ se fe-
 rant: nemo enim istic colit. Breuiter quantum ablatae
 imagines ueram pietatem adiuuent, nemo recte cre-
 dit, quam qui expertus est. Tiguri, Altissimo gratia,
 pietas, ac omne simul innocentiae studium, tanquam de-
 nouo coepit longe uberioris florere, postea quā imagines
 sunt senatus populiq; decreto elatæ. Nō dicimus quic-
 quam ex affectibus: nam aliōqui nemo magis miratur
 picturas, statuas, et imagines q; nos: sed quæ sic offendit
 pietatē, ferri nō debent, sed constanti magistratus auto-
 ritate aboliri. Tantū de imaginibus, et Idolis hoc loci

EPILOGVS.

donec ciberiora permittant negotiorū tempestates nra
sci. Quod autem ad rationem scandali in his abolendis
obseruandam adtinet. Est eodem modo cū imaginibus
agendum, quo cum ijs externis, quæ ad salutem perti-
nere, aut aliquid posse uidentur, de quibus postremo lo-
co diximus. Debet doctrina præcedere: imaginum autē
abolitio cum trāquillitate sequi: docebit autem omnia
in omnibus charitas.

EPILOGVS.

VOLVMVS nunc omniū, que diximus
materiam in breuem epilogū cogere, ne
quisquam putet legem Christianum sic es-
se confusanciam, ac inexplicabilem, ut ne-
mo breui discere, nemo explicare queat. Quod enim si-
ue nos, siue alij, tam multa cogimur in re plana loqui,
eius culpa factum est, qui omnia fuit ausus corrumpe-
re: omnia turbare, adulterare, ac depravare, quo cupi-
dit ati suæ satisfaceret: ut nihil, aut certe parum multa
sint per uniuersam ueri dei, ueram doctrinam, que ille
homo peccati non sit ausus perdere. Sed sic furit auaria
cia, ut qum sibi uideat inter humana negari, quibus se
exaturet, iam diuina quoq; attingere audet: & cū san-
cta uidet esse ac intacta, hoc primum agit, ut sua inter-
pretatione foedet: & ubi iam simul omnia conspurca-
uit, omnibus pro libidine abutitur. Vnde & factū fuit,
ut salutem

ut salutem à Ro. pontifice non aliter, quām ab institore
mercati simus, crediderimusq; Christianismum mercē
potius esse, quām uitæ sanctorum. Distat igitur ho-
minum uita nihil à belluarum, si dei cognitionem adi-
mas. Quid enim habent homines, quod nō itidem bel-
lue? Tuentur se ac liberos suos homines, cupiditates
implēt, ægestatem fugiunt, nō aliter faciunt belluae. Cō-
dit leges ac ciuitates homo: idem faciūt ὀγελαῖο, hoc
est armentaria, ut Grues, Turdi, Sturni, Thynni, Cerui,
Boues, Apes, Sues, quæ certissimis legibus continentur:
nunc multitudinē in cineos distribuentes: nunc in una
aciem: nunc hic habitantes: nunc aliò demigrantes, ma-
iore plerumq; fide seruata, quām fiat inter homines. No-
luit ergo deus sui ignarum relinquere hominē: cumq;
semper sic docuit, ut quādocūq; uideretur in obliuione
dei uenisse, confessim reuocaret: ne uidelicet degener-
tū bestijs potius perire cuperet, quām cum ipso æternō
uiueret. Hinc tā sollicita inquisitio lapsi hominis, Adam
ubi ēs? hinc tam ignis, quām aquæ diluvium, quo metu
quoq; in officio retineret. Rursus, magnifice promissio-
nes ac beneficia. Abraham promisit posteritatem orbi sa-
lutarem: Sic Isaac, Israël, Iesseq; filio Dauid. Mose du-
ce, afflictionem suorum ultra ferre nolens, totam Gen-
tem ex immanissima Pharaonis tyrannide abduxit, ho-
stemq; ultus: per desertum, nunc pane cœlitus de missio,
nunc coturnicum carnibus aliuit, aquas: ubi deerant

abunde uel è durissima petra produxit: ubi uero inutiles essent, condiuit ut ampliter frui possent. Legibus ueluti cancellis circumdedicit, quibus à reliquis Gentibus separaret, quo isti uideret se peculiarem Dei populum esse. Ad hunc modum sese prodidit pientissimus pater uni Genti: tametsi alijs quoq; nullibi dcesset, ut mūdus uniuersus ipsum agnosceret unum ac solum esse, qui omnia potest, quo omnia constant, quo omnia gubernantur, ne miser homo ad belluas descisceret: legibus enim cupiditates in ordinem cogendo, à belluis distinxit. Attamen leges eius quis unquam accepturus esset, qui non prius mentem ei dedicauisset; qui non ante omnina ipsum uerum ac solum Deum esse credidisset? Cōstat ergo, quod quandocunq; se Deus mundo manifestauit, cordibus quoq; sic se ingesserit, ut quod audiretur uel uideretur, diuinum esse cognosceretur. Non enim recipit caro quod ei aduersum est: porro quicquid cœlestis spiritus agit, carni aduersum est: nequit ergo Deus homo recipere: nequit legem audire, nisi ille ipse Deus corda ad se trahat, ut Deum esse suum agnoscant, ac legem bonam recipient. Sic ergo se Deus à condito mundo uarijs modis humano generi ostendit, quo eum patrē ac dispensatorem rerum omnium agnosceremus. Primum igitur in pietate est, ut eum, quem confitemur Deum nostrum esse, firmiter credamus Deum, fontem, parentem, rerum omnium esse: nisi enim sic faciamus, legibus

libus eius nunquam obtemperabimus. Proximum aut
 ut nos ipsos non ignoremus: quoniam enim nobis nostri quoque
 cognitio deest, legem nullam recipimus: quomodo enim
 recipere legem, qui sibi nihil deesse putat? Tempesti-
 ue igitur pater familias ille coelestis surgit, immo nocte, ut
 iquit Propheta, quo mature omnia disponat ac iubeat,
 ne uidelicet operari incipiamus ante mandatum dimen-
 sum. Munit ergo legibus humanum genus, ne quicquam
 ordiatur neglecta lege: nam non solū Israēliticā Gentē
 legibus uallauit, sed etiam Gentilium corda naturae, ut
 vocat, lege perscripsit: sic enim quidam eorum prophete-
 tarum ait, De cœlo descēdit γνῶσι σεαυτόp. At cogni id est, co-
 tione suipius constat lex ista: Quod tibi uis fieri, alteri gnosce te-
 feceris: & contra, Quod tibi fieri nolis, alteri nolito ipsum.
 facere. Nostro igitur bono Deus se nobis manifestat: si-
 ne enim, quod summū est miraculum, se cordibus nostris
 ingerit, ut Deum ac patrem nostrum esse agnoscamus: siue
 per miraculosa opera idem efficit, in hoc solummodo fa-
 cit, ut nobis prospicit. Sed que est ista utilitas, quam nobis
 tam anxie procurat? duplex nimirum: uidelicet ut hic
 innocentissime uiuamus: & cum huius uitæ curriculum
 perfectum est, cum eo æterna leticia fruamur. Quid n.
 opus fuisset Dei cognitione ac legibus, si idem esset ani-
 mæ terminus qui corporis: nonne satius fuisset hominē,
 si ad hunc modum fuisset bellua, belluam esse sinere q
 ad falsas spes erigere? Voluit ergo Deus in tā numerosa

uariaq; creaturarum sobole, Genus humanum sic inter
ris habitare, ut hæreditatem sibi in cœlo positam ambi
ret: sic placuit altissimo, nam qua alia causa se illi ma
nifestaret; eum ad se amandum accenderet: Cumq; sci
ret hominem uehementer admiraturum, qualis nam es
set hæreditas, quam in cœlo speraret, præbuit eius fœli
citat is gustum quendam, sed per nebulā ac transennā,
ut aiunt: Videt homo cupiditatum audacia tumultuq;
hic omnia fieri, at ubi deum audit dicere: Ne concipi
scas, iam nō irum sic colligit, noxiām concupiscentiā
illuc longissime abesse oportere, ubi uera fœlicitas est:
Et autorem eius fœlicitatis longe alieniorem esse opo
tere, ab omni cupiditate. Pulcerrimum igitur esse non
ambigit, si dum hic quoq; sumus, ab omni concupiscen
tia simus alienissimi. Hic iam digladiatio perpetuumq;
certamen. Molitur mens ad eius se exemplum formare,
ad quem properat, cuius speciem uidere desiderat, pu
ta patris iusti, sancti, imò qui est ipsa iusticia, sanctitas,
puritas, lux, quies, refrigerium, gaudium, et beatitudo
simul tota. Reluctatur corpus, quod natura sua quic
quid mens magnificat, contemnit: terrenis inhibat coele
stibus neglectis: spem uidendi dei nullam prorsus habet,
nō aliter, quam et ipsa terra, ē qua p̄g natū est: Proinde
adfectus sequitur, et si quando mentis ui ab eis arcea
tur, iam contra ipsam conspirat ac tumultuatur. Hinc
carnis et spiritus perpetua ista pugna, quæ quādū
non sūmus

non sumus quò tendimus, nūquam remittit. Hinc mentis desperatio nasceretur, nisi melior Deus, se illi sic exposuisset, ut eius misericordia tutò fideret. Qum enī post omnes conatus suos, mens uideat carnem sese, nō aliter in omne peccatū projcere, quām filius iste apud Marcum dæmone obcessus, nunc se in ignem, nunc uero in aquam abijciebat: fieri nequiret, ut nō ad ultimam desperationem hac carnis impotentia redigeretur. Cum uero adhuc spem non abijcit, neq; conatus innocentiae ponit, potiorem uidet misericordiam esse uindicta: à qua ne unquam excidat homo, qum iam diuino cofilio placuisse, misit cœlestis pater unigenitū filium suum: quo omnium spes sic firmarentur, ut iam liquidò uident nihil negari posse, ubi filius pro miseris expenditur; quomodo enim non omnia nobis cum illo donabit? Is ergo in hunc usum missus est, ut hanc mentis desperationem à carnis impotentia, ut dictum est, proficisci tem, in uniuersum tolleret: ac uitæ exemplum præbet. Hec enim duo Christus ubiq; inculcat, uidelicet redemptionem per se, & quod qui eo redempti sunt, iā ad eius exemplum uiuere debeant. Sic enim ait. Ioā. 6. Et qui manducat me, uiuet propter me: & Io. 15. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum adferat, & efficiamini mei discipuli. Sic ergo attēti esse debemus ad uitæ mutationem, quemadmodum eius redēptione fidimus. Christianus ergo uir est, qui Deo uno

solo ac uero fudit: qui misericordiae illius tutus est per
 Christum filium eius deum de deo: quiq; se ad eius exē-
 plum format: qui quotidie moritur: qui se quotidie ab-
 negat: qui ad hoc unum intentus est, ne quicquam ad-
 mittat quod deū suum offendere possit. Quæ custodiat,
 tantam diligentiam, tantumq; studium requirit, ut ne-
 mo nō multis Theseis opus haberet, quibus innocentia
 tueretur: neq; uero inuictus unquam abiret. Pugna
 īgitur est uita Christiana, tam acris & periculosa, ut
 nusquam sine damno cesseretur: rursus per petua quoque
 uictoria est: nam qui hic pugnat, uincit: dummodo à ca-
 ἐμφὶ pite Christo nō deficit. Sic ἐμφίζομ inter cæteras cre-
 biora que aturas quoq; uoluit hominem habere deus, qui interim
 uicissim in in terris habitaret, interim uero in cœlis: ac rursus di-
 terra & in terra esset, interim uinceret, interim cederet: nos ue-
 aqua habi ro factorū eius causas minime exigeremus. Quid ergo
 hæc sola requirat à nobis deus: fidem & innocentiam:
 non potuit nocentior pestis excogitari, quam uarius dei
 cultus nostra industria inuentus: Eum enim amplexi-
 sumus (ut omnia nostra magnificimus) pro uero isto
 dei cultu, qui fide & innocentia constat: ac iuxta pro-
 phete uerbum Hiere. 2. Duo mala fecimus, Deum reli-
 quimus, fontem aquæ uiuæ: & effodimus nobis cister-
 nas dissipatas, que continere non possunt aquas. Vica-
 rium Christo subrogauimus, quem & nostra stulticia
 audiendum

udiendū Dei loco decreuimus. Hic ubi per conscientias
vidit sibi ad marsupia uiam patēre: Quid non excogi-
tauit? Quid non est ausus? quot ille uias in cœlum o-
stendit; attamen interim nullam sine uectigali. Confi-
tebaris in aurem Christi uicario, primittebat cœlum
sitantum pro missis ac murmure numerabas. Factio-
nem aliquam sequebaris, cui stolida plebs multum con-
tribuebat, iterum cœlos adsequebaris: quantum enim
ihsus accedebat, tanto potentior uicarius iste reddeba-
tur. Sic omnia percurre, quæ nobis audax auaricia præ-
scripsit & inuenies eis ueram religionem remisisse,
hoc est fidem & innocentiam, quibus unis ac solis co-
litur deus: neq; aliam uenerationem à nobis requirit,
imò inuentiones alias sic contemnit, ut dicat ea, quæ
alta videantur hominibus, abominationem esse apud
sc. His unice colēdus erat Deus, quibus ille delectatur.
Quis enim inter homines tam amens est, ut quemquam
ijs rebus colat, qbus nihil adficiatur? Nugæ ergo sunt,
quæcunq; nostra uel inscitia uel audacia pro diuinis
cultibus prodidimus. Nunc uero, cur semper pueri
sumus? Cum Deum uideamus alijs rebus delectan-
ti, quam quibus hactenus defatigauimus? Cur tam
grauatim ab inutilibus nugis aduera ista solidâ-
que: iusticiam, fidem, misericordiam, transimus?

EPILOGVS.

quibus Christus totam religionem cōplexus est. Fidem
illi debemus, iusticiam, ac innocentiam tum nobis tum
alijs, Misericordiam omnibus egētibus. Age igitur opti-
me lector hunc Commentarium mensibus tribus & di-
mido sic domi p̄eloq; festinatum, ut quemadmodum
uides, nunc stet: rusticus quidem, sed ueri sancti q; studio-
sus, & equanimititer tractes, boni q; consulas. Evidem nō
dubito multa esse quæ infirmi sculos quosdam sint ue-
hemeter offensura: sed hi simul cogitent Paulum
aliquando locutum esse ut infantem, spe=
ctentq; an non & ipsi forsitan sint eti-
annum imbecilliores. Nos enim
quicquid diximus in glo-
riam Dei, ad uti-
litatem
reipublicæ Christianæ, conscienc-
iarumq; bonum dixi=
mus. Deo gra-
tia.

ERRATA IN HOC OPERE
ANIMADVERSA.

- Columna .14. linea .23. Lege, quottannis pro quo^{ta}
Col. 19. lin. 17. è diuerso pro à diuerso. (tanuis.
Col. 21. li. 1. reputationis pro reputctionis.
Col. 23. li. 24. indigos pro indignos.
Col. 43. lin. 16. lege, ij pro ijs.
Col. 52. li. 21. ea pro eas.
Col. 54. li. 10. fit pro sit.
Col. 58. li. 2. lege, unquā pronunq.
Col. 59. li. 2. 9. pro .15.
Col. 60. li. 16. suspicione pro sufficionem.
Col. 62. li. 23. indigus pro indignus.
Col. 66. lin. 22. adserimus pro adferimus.
Col. 68. li. 17. parsimonia pro persimonia.
Col. 70. lin. 13. nostra pro nostrum.
Col. 71. li. 4. sine pro siue.
Col. 83. lin. ultima lege, claudos incessu, aridos motu:
Col. 94. li. 4. angustiae pro au= (curuos erigit. et cat.
gustiae. Ibidem. li. 13. terret pro terrat.
Col. 95. li. 23. Oriente pro origente.
Col. 109 li. 10. ordiamur pro ordiemur.
Col. 120. li. 19. dicimus pro diximus.
Col. 124. li. 3. Nunc pro Nu.
Col. 146. lin. 7. profectum pro prosectum.
Col. 149. li. 20. significant pro significtā.
Col. 150. li. 13. lepores pro lapores.

- Col. 157. li. 12. Lege, sumus pro summis.
Col. 158. li. 8. quacumq; uersum pro quacumuersum.
Col. 159. lin. ulti. Magdalene pro Magdalene.
Col. 160. li. 5. Magdalene pro Magdalene.
Col. 166. li. ult. erat: usura, pro erat usura.
Col. 223. li. 12. disserere pro differe.
Col. 228. li. 11. filium pro filius.
Col. 238. in margine, dabat pro dabant.
Col. 262. li. 19. concinnatum pro concinatum.
Col. 271. li. 14. nititur pro nitur.
Col. 272. lin. 8. ab pro ob.
Col. 275. li. 5. Tam pro tam.
Col. 291. li. 3. euerteretur pro euertetur.
Ibi. li. 11. uetabat pro uetebat.
Col. 295. li. 17. inadulabilis pro inadubibilis.
Col. 303. li. 15. interdicimus pro intercidimus.
Col. 305. li. 23. impie pro impi.e.
Col. 312. lin. 12. uoueas pro foveas.
Col. 318. lin. 14. dereliquerunt pro derelinquerunt.
Col. 334. li. 24. origine pro Origine.
Col. 345. lin. 4. Tolerat pro Tollerat.
Col. 349. li. 6. uiuificabuntur pro uiuicabuntur.
Col. 350. li. 5. Apostolorum pro Apostorum.
Col. 393. li. 22. transiisse pro transiisse.
Col. 402. lin. 23. perniciem pro perniciam.
Col. 419. lin. 23. eliminanda pro eliminenda.
Col. 422. li. penult. ipsis pro ipsis.

INDEX IN HOC OPERE CON
tentorum.

- Prefaciuncula. columna prima.
De uocabulo Religionis. col. 2.
Inter quos constet religio. col. 4.
De Deo. col. 5. De Homine. col. 28.
De Religione. col. 44.
De Religione Christiana. col. 59.
Euangelium. col. 87. De Pœnitentia. col. 104.
De Lege. col. 113. De Peccato. col. 115.
De Peccato in Spiritum sanctum. col. 137.
De Clauibus. col. 142. De Ecclesia. col. 152.
De Ecclesia contra Enserum. col. 171.
De Sacramentis. col. 194.
De Matrimonio. col. 202.
De Baptismo col. 204.
De Eucharistia. col. 221.
De Confessione. col. 297.
De reliquis Sacramentis. col. 302.
Matrimonium. col. 303. De Votis. col. 303.
De Diuorum Inuocatione. col. 316.
De Merito. col. 339.
De Oratione. col. 355. De Purgatorio. col. 352.
De Magistratu. col. 387.
De Scandalo. col. 412.
De Status & Imaginibus. col. 428.

Лубок № 746143

